






compt. Art 08





ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

Herausgegeben

von

Clemens Blume und Guido M. Dreves.

XXIV.

HISTORIAE RHYTHMICAЕ.

Liturgische Reimofficien

des

Mittelalters.

Vierte Folge.



Leipzig.

O. R. Reisland.

1896.

HISTORIAE RHYTHMICAЕ.

Liturgische Reimofficien
des
Mittelalters.

Vierte Folge.

Aus
Handschriften und Wiegendrucken

herausgegeben

von

Guido Maria Dreves,

S. J.



Leipzig.

O. R. Reisland.

1896.



JUN - 8 1938

10804

VORWORT.

Nachdem mit dem XXIII. Bande der Analecta die Serien der Hymni inediti zum Abschlusse gelangt sind, setzt das vorliegende Heft die der Historiae rhythmicae fort, welche zu ihrer Vollendung noch drei weitere Hefte gleichen Umfangs erheischen werden.

Aufgenommen wurden nur solche Officien, die ganz oder zum grossen Teile in gebundener Sprache, sei es metrisch, sei es rhythmisch oder auch in ausgesprochener Reimprosa verfasst sind. Nicht aufgenommen wurden dagegen einzelne versprengte Antiphonen, Responsorien oder Invitatorien, deren sich nicht wenige in sonst durchaus in Prosa abgefalschten Officien finden. Beispielshalber verweise ich auf das 9. Responsorium im Officium des hl. Tegulus, das Anal. XXIII, 273 in den Noten mitgeteilt worden.

Bekannt und verbreitet sind z. B. als Antiphon zum Magnificat am Feste des Evangelisten Matthäus die Leoninischen Verse (Brev. Pragense saec. 14. Cod. Pragen. VI E 4; Brev. Pataviense saec. 14. Cod. Vindobonen. 1873):

Conspicit in caelis mens prudens Ezechielis
Quatuor obscuris animalia stare figuris:
Prima leonina facies et deatra bovina,
Trita hominem ostentat, aquilam tetarta retentat;
Ex his thelonei celebrantes festa Matthaei
Christo dulcisonas resonemus carminis odas.

Vgl. Morel 172, dessen Text nach einem Curer Brevier o. O. u. J. mit mehreren Fehlern behaftet ist.

Das folgende Responsorium in Assumptione B. M. V. findet sich nachgetragen in einem Breviarium Opatovicense saec. 15, Cod. 1962 der Wiener Hofbibliothek:

Integer ardorem rubus, arida virgula florem,
Porta serrata viam, sicco ros vellere stillam,
Stella maris solem, fert virgo theotoca prolem.

Selten, dass von einzelnen solcher Antiphonen und Responsorien die Verfasser bekannt werden. So ist nach Schubiger, die Sängerschule St. Gallens, S. 58, Hermannus Contractus der Autor einer Antiphon: O florens rosa, von der Schubiger beifügt, dass sie nicht auf unsere Zeit gekommen zu sein scheine. Es ist dies wohl zweifellos die Anal. V, 50 in den Noten mitgeteilte Antiphon, welche in der Klagenfurter Handschrift 38 (saec. 12.) der Complet des Festes der unbefleckten Empfängnis zugewiesen wird:

O florens rosa, Domini mater speciosa,
O virgo mitis, o fecundissima vitis,
Clarior aurora, pro nobis omnibus ora,
Ut simus digni postrema luce bearci.

Eine andere Antiphon bietet mit dem Namen ihres Verfassers ein Canticale sanctae Mariae Urani (saec. 14.), Handschr. 129. 5. H. zu Ravenna, mit der Bemerkung: Frater Honofrius de Sulmona, lector Perusii, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, fecit supradictam antiphonam sanctae Julianae et sua propria manu scripsit; die Antiphon lautet:

Alma virgo Julianae,
Puritate fulgida,
Caeli pande tu arcana
Tua prece valida,
Nostrae carnis pestem sana,
Virginum egregia,
Ut per te sint nobis data
Paradisi regna grata
In coelorum curia.

Solcher vereinzelter Antiphonen und Responsorien ließe sich aus Brevieren und Antiphonarien eine nicht unbeträchtliche Anzahl zusammenstellen, wäre nicht das Sammeln derselben mit einem Aufwande von Zeit und Mühe verbunden, dem gegenüber das zu erwartende Resultat nicht die nötige Anziehung ausübt. So bietet, um noch einige weitere Beispiele anzufügen, der Viaticus Bischof Johannes' von Neumarkt (Cod. Mus. Bohem. s. n.) folgende „Commemoratio“ des hl. Christoph:

O verna Domini fidelis,
O quantum refulges in caelis,

— — —

Patet in signo baculi,
Quo erupere flosculi.
Christophore Christo grate,
Ferre Christum comparate,
Christum emisti sanguine
Fuso pro ejus nomine.
O laus formae, qua ditaris,
Nam per Christum coronaris;
Ergo satis commendaris,
Dum Christophorus vocaris.
Et nunc fac, ut depreceris
Deum, quo frui merebis,
Pro nostro gravamine,
Quo gravamur criminis.

Auf den hl. Onuphrius finden wir in dem 1488 zu Neapel gedruckten Breviere der Cölestiner eine ähnliche Commemoratio in etwas verwilderten Versen:

O refulgens in altissimis
Lucerna beatorum,
Vivens in asperrimis
Pro gloria justorum,
Sitiens dulcissimis
Meritis sanctorum
Onufri mirifice,
Dei confessor inclite,
Apud ipsum altissimum
Esto nostrum refugium,
Ut tuis supplicationibus
Fruamur in coelestibus
Sempiterno bono.

Folgende Antiphonen auf den hl. Bernhardin von Siena finden sich in der Prager Hs. VII H 8, einem Franciskaner-Diurnal des 15. Jahrh. Die erste derselben ist Anal. V, 155 in den Noten erwähnt, aber irrtümlicherweise nicht vollständig mitgeteilt worden:

O splendor pudicitiae,
Zelator paupertatis,
Amator innocentiae,
Cultor virginitatis,
Lustrator sapientiae,
Protector veritatis,
Ante thronum fulgidum
Aeternae majestatis
Para nobis aditum
Divinae pietatis.

Hieran schliesst sich der kurze Versiculus mit dem zugehörigen, die Oration einleitenden Responsorium:

V. Implora nobis gratiam,
Beate Bernhardine,
Per fontis abundantiam
Pietatis divinae,

worauf die zweite Antiphon mit der Aufschrift: *Alia antiphona* angefügt wird:

Patris sancti Bernhardini
Memoriam recolamus
Et auxilii divini
Gratiam exposcamus,
Tamquam peregrini
Patriam repetamus.

Eine andere Prager Handschrift, XII C 11, enthält auf der Innenseite des Deckels in einer Schrift des 15. Jahrh. folgende Antiphon ad Vesperas:

Floret Francisci hortulus,
In quo fulget Antonius
Et Ludovicus inclitus
Ac Bernhardinus coelicus
Cum Bonaventura
Et martyrum exercitus
Ac Clara, candor niveus;
Hi orent, nobis coelitus
Largiri dona spiritus
Ac polorum jura.

Dieselbe Antiphon findet sich wieder auf dem Vorsetzblatte der Handsch. 112 von Wilhering vom Jahre 1474. In beiden Quellen folgt derselben eine zweite Antiphon ad Laudes:

Vos sancti Dei incliti,
Qui estis mente simplici
Frauciscum imitati,
Orate, ut hic fervidi
Et in futuro lucidi,
Simus et nos beati.

Hieran schliesst sich Versiculus und Responsorium: Orate pro nobis sancti Dei omnes de ordine Minorum; R. Ut perfruamur gaudiis in aula coelorum.

Ähnlicher liturgischer Bruchstücke ließen sich, wie gesagt, eine nicht unbedeutende Zahl beibringen. Die mitgeteilten werden genügen, die Gattung hinlänglich zu kennzeichnen; mehr davon in die vorliegende Sammlung aufzunehmen lag und liegt

nides dem Zwecke derselben ferne. Solches, damit niemand enttäuscht werde, wenn er ähnliche vereinzelte Antiphonen und Responsorien in derselben vergeblich suchen sollte.

Wie reichhaltig das hymnologische Material der Länder lateinischer Kirchensprache auch heute noch fließt, nachdem es von den Jahrhunderten mehr denn einmal decimiert worden, zeigt ein Rückblick auf jene Bände dieser Sammlung, die sich mit den umgedruckten Hymnen der verschiedenen Breviere und Antiphonare befasst haben. Solcher Hymnen sind im Ganzen über 3840 zum Abdrucke gelangt, eine Zahl, deren Grösse in die Augen springt, wenn man sie beispielsweise mit der Sammlung Mones — noch immer einer der reichhaltigsten — vergleicht. Denn obwohl Mones Sammlung poetische Produkte aus allen Arten geistlicher Lateindichtung vereint, enthält sie nur 1215 Nummern, d. h. blos ein Drittel der nachgetragenen Brevierhymnen. Die Sequenzendichtung ist aber mindestens ebenso reich an Zahl, bedeutend reicher aber an Abwechslung und Interesse.

Bei dieser Massenhaftigkeit des bewältigten und noch zu bewältigenden Stoffes wird es niemanden, der die grossen Mühen und kleinen Freuden eines Herausgebers aus Erfahrung kennt, Wunder nehmen, wenn die Last anfang manchmal etwas unsanft auf meine Schultern zu drücken, doppelt dann, wenn ich den Blick in die Zukunft voraussandte. Da fügte es ein freundlicher Stern, daß mir endlich gelang das zu finden, wonach ich oft verlangend ausgeschaut hatte. Mein sehr lieber Freund, Clemens Blumé, bereits in weiteren Kreisen bekannt durch eine mit allseitigem Beifall aufgenommene Monographie über das altchristliche Taufsymbol¹⁾, hat sich auf meine Bitte entschlossen, die gedachten grossen Mühen und kleinen Freuden mit mir zu teilen. So darf ich hoffen, daß schon der nächste Band dieser Sammlung sich Dank seiner umfassenden und gründlichen Kenntnisse auf den verschiedensten Gebieten der christlichen und profanen Archäologie vor seinen Vorgängern vorteilhaft auszeichnen werde. Für den vorliegenden muß ich leider noch ausschließlich die Verantwortung übernehmen. Ebenso bin ich meinem werten Kollegen neben dem Danke für seine großmütige Entschließung

¹⁾ Das apostolische Glaubensbekenntnis. Eine apologetisch-geschichtliche Studie mit Rücksicht auf den Kampf um das Apostolicum. Freiburg 1893.

ein für allemal die Erklärung schuldig, daß auch bei den von ihm zu besorgenden Ausgaben etwaige Mängel und Fehler der Abschriften und Kollationen — und bei der Menge des zu bewältigenden, über ganz Europa zerstreuten Materials ist es ja undenkbar, daß deren keine oder auch nur wenige sollten unterlaufen sein — einzig mir zur Last fallen werden.

Wien, den 1. Juni 1896.

Guido Maria Dreves.

HISTORIAE RHYTHMICAЕ.

SERIES QUARTA.

1. De s. Trinitate.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Laudetur summa trinitas,
Adoretur aequalitas,
Nec unitas tollatur,
Colenda est identias,
Haec sit licet pluralitas,
Haec in ipsa credatur.
2. Credamus testimonio,
Quod pater fertur filio
Per vocem tribuisse,
Patri natus complacuit,
Paraclitus perhibuit
In carne hunc venisse.
3. Firmati verbo Domini
Sunt coeli, qui sunt homini
Vita, lux et ornatus,
Est oris ejus spiritus
Virtutem omnem coelitus
Eorum operatus.
4. In personis nihil prius,
Nihil in his posterius,
Par est tribus potestas,
In his una divinitas,
Coaequalis aeternitas,
Coaeterna majestas.
5. Lux sempiterna radio
Gignit sine principio
Filium coaequalem,
Simul producunt tertium,
Fontis et lucis fluvium,
His consubstantialem.

Ad Magnificat.

- A. O fons sapientiae,
De qua manat filius,
Gemina lux gloriae,
Unde fluit tertius,
Spirant hunc amorem
Lux primae notitiae,
Lucis summae radius,
A quibus deliciae
Procedunt ut fluvius,
Fundunt hunc calorem.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Trini Dei unitatem
Venite adoremus,
In personis trinitatem
Pariter collaudemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Adesto, sancta trinitas,
Deus unusque totus,
Tu qui lucem inhabitas,
In te manens immotus.
2. Ades cunctis potentia
Nec tamen es divisus,
Cuncta reples essentia,
Cunctis praesens invisus.
3. Disponis res suaviter,
O trinitas creatrix,
Contines mundum fortiter
In motu gubernatrix.

Responsoria.

1. Deus, qui nos potentia
 Fecit, nos benedicat,
 Qui nos regit prudentia,
 Huic salus, quisque dicat,
 Laus ipsi, qui clementia
 Malum nostrum abdicat.
- V. Praeveniat nos gratia,
 Sequatur et sit socia
 Ejus, qui nos sic dicat.
2. In patre est auctoritas,
 Splendor manentis veritas,
 Jubar et luminare
 Spiritus sanctus caritas,
 Amor verus et bonitas,
 Dans esse et creare.
- V. Est trinitatis unitas,
 Unitati dat trinitas
 Intra principiare.
3. Perfecta communio,
 Quia nil jucundius,
 Est in tribus bonum,
 Amor et processio,
 Fluxus voluntarius
 Monstrant summum donum;
- V. Tres dant testimonium,
 Tres unum principium,
 Tenent unum thronum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Pater rebus originem,
 Verbum dat esse verum
 Et bonitas imaginem,
 Unica causa rerum.
2. Eructat pater filium
 Sicut mens verbum bonum,
 Ambo unum principium
 Aeternum spirant donum.
3. Pater cunctorum gloria,
 Ex quo cuncta creantur
 Per verbum, per quod omnia
 Spiritu conservantur,

Responsoria.

1. Cum quis possidet socium,
 Est jucunda possessio
 Et grata jucunditas,
 Sic pater gignit filium,
 Ut amborum connexio
 Plena sit felicitas.
- V. Nam, ne sit solitarium
 Verbum, requirit alium
 Completa suavitas.
2. Abraham dum in ostio
 Tres vident in consortio
 Prospexit trinitatem,
 Hoc capit in mysterio
 Indiviso dominio
 In tribus unitatem,
- V. In tribus, quorum unio
 Indifferens, corde pio
 Adorat majestatem.
3. Patris nequaquam vacua
 Sed bonitas largissima
 Se diffundit in filium,
 Sic amborum irrigua
 Crescit caritas maxima,
 Qua spirant simul tertium
- V. Sancta et individua
 Trinitas perfectissima
 Tres et unio trium.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Personis est pluralitas
 In natura simplici,
 Ut in puncto simplicitas
 Respectu multiplici.
2. Nequit trinitas mutari,
 Si ad nos referatur,
 Sic et minus variari,
 In pignus si ponatur.
3. Cum immensa sit trinitas,
 Nusquam plene capitur,
 Licet sit simplex unitas,
 Qua justus perfruatur.

Responsoria.

1. Summi Dei
trina monarchia,
Una trium
simplex est usia,
Tribus inest
sub una latria.
Honor unus,
aequalis gloria.
- V. Seraphim ter sanctus clamant,
Semper laudant hunc, quem
amant.
2. Lux diffusa radio
Protinus se multiplicat,
Ignis caloris proprii,
Statim ut est, vim indicat,
- V. Sic pater esse filii
Cum ejusdem dominio
Ab aeterno clarificat.

A d L a u d e s .

Antiphonae.

1. Corde fidelis sentiat
Et ore non dissentiat
Regnare trinitatem,
Hanc, cuius esse, vivere
Idem et intelligere,
Amemus unitatem.
2. A patre comprehensio,
A verbo datur visio
Trinæ bonorum gloriae,
A dono est fruitio,
Quo fit justificatio,
Cum sit donator gratiae.
3. Imago patris speculum,
Nexus horum spiraculum,
In coelo quo locati,
Quo trinum panem capiunt,
Eo plus frui sitiunt
Conjuncti trinitati.

Brev. ms. Franciscanum saec. 14/15. Cod. Parisin. 1290. — In 1. Noct.

R 1, 4 Iuic salus quasi (qui) dicat. — R 2, 3 et fehlt. — R 3, 2 Lies: Qua nihil? — R 3, 5 Fulxus. — R 3, 9 fehlen zwei Silben; unum ergänzt. — In 2. Noct. A 1, 3 Ipsis bonitas originem. — R 1, 8 Sermo requirit. — In 3. Noct. A 2, 1 Nesi trinitas. — Ad Laudes A 1, 4 essem — A 2, 6 sit doctor. — A 5, 1 Deus in trina. — A 5, 2 quam regis. — Zu diesem Officium gehören die Hymnen Ad Vesp.: In majestatis solio (Dan. I, 276); ad Noct.: O lux beata trinitas (Ibid.); ad Laudes: Aeternum eas principium (Anal. Hymn. XI, 13).

4. Jure te laudant omnia,
Trinitas, coeli gloria,
Cum horum sis creatrix,
In his lucet potentia,
Bonitas et scientia,
Quorum es conservatrix.
5. Domine Deus, tu trinam
Mundi qui regis machinam,
Jugis custos cunctorum,
Numerus, pondus, mensura
Signant te in creatura
Trinam causam cunctorum.

Ad Benedictus.

- A. O virtus cuncta bajulans,
Natura semper pullulans,
Pater, in te dum fleteris,
In prole par exprimeris,
Ambo in amore;
Hunc spirat lumen geminum,
Natus cum patre luminum,
Ortum rei vertibili
Dat Deus immutabili
Verbo in ardore.
Nos crucis emptos loculo
Trino signet signaculo,
Qui carnis ad connubium
Tractus nostrum exsilium
Duxit in dolore.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Beata sancta trinitas,
Memoriae tu unitas,
Notitiae tu veritas,
Voluntatis tu bonitas,
Fac corde, ore, opere
Studeamus te colere,
In nobis formam gerere,
Quod possimus te noscere.

2. In Festo Inventionis pueri Jesu.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Felix Mariae gaudium
Festivum dat tripodium,
Dum recolit ecclesia.
Quod mater innupta sola
Moeste quae situm filium
Gaudens invenit unicum.

Tropus.

1. Qui fuit in nubilo,
Fulget sol jam denuo
Vibrato radio,
Cessit frendens aquilo,
Auster flavit in horto
Blande virgineo.
2. Splendet florum area
Vallis nitent lilia,
Ardent rosaceae;
Vernales deliciae
Succedunt tristitiae
Fugatae Boreae.
3. Versum est in gaudium
Doloris suspirium
Post Jesum puerum,
Virginis pectusculum
Capit vix tripodium
Intra se positum.

Ad Magnificat.

- A. Magnificanti Dominum
Mariae adsistamus,
Inventum Jesum puerum
Laeti suscipiamus
Eique laudis canticum
Exultantes dicamus.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Quaeramus Dominum
cum virgine matre, repertum
Semper adoremus
et ei laete jubilemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ex ore Jesu pueri
Perficitur laus Domini,
Dum doctores interrogat,
Quae sunt patris, commemorat.
2. Non sunt loquelae neque ser-
mones,
Quibus exprimi possent dolores,
Quos virgo mater sustinuit,
Quando puerum Jesum quae sivit.
3. Puer in Jerusalem
quidem remanserat,
Quando cum parentibus
illuc ascenderat,
Quod eis recendentibus
incognitum erat.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Verbum bonum eructavit
Jesus, cum interrogavit
Scribas, quae non ignoravit.
2. Dum in medio residebat
doctorum,
Impetu coelestium
fluviorum
Sanctificat templum
Deus deorum.
3. Cujas fundamenta in montibus,
Stillat doctrinam sentibus,
Puer duodecim annorum
Repertus a Maria
In medio doctorum.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Afferte Domino
gloriam et honorem,
Date Jesu puero
benedictionem.

2. Lux atque laetitia
rectis corde oritur,
Dv'n Jesus a parentibus
quaesitus inventur.
3. O Jesu puer dulcissime,
Quantum exsultare
Cor matris amantissimae
Fecisti, dum dignare,
Quaesitus te ostendere,
Ut inveniare.
- In Laudibus.
Antiphonae.
1. Domo tua sedes grata
Tibi, Christe, est parata,
Doctisque mirabilia
Tua sunt testimonia.
2. Fac sitibundam animam,
Amore tuo languidam,
Te invenire cupidam,
Habere tui copiam.
3. O Jesu amantissime,
Jam desine subtrahere
Te matri amantissimae,
Quaerenti te anxie.
4. Benedictus puerulus,
Coeli terraeque dominus,
Mariae Jesus filius
Obedit matri subditus.
5. Prole mater est beata,
Matrem quae creavit,
Inque suo Sion nata
Rege exsultavit.

Brev. ms. Pedepontanum anni 1398. Cod. Meliten. Pragen. 8. add. saec. 15. A. —
Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 20. B. — Brev. ms. Misnense saec. 15. Cod. Eistetten. 8° 72. C. — Brev. Misnense imp. s. l. 1483. D. — Brev. Misnense imp. (Lipsiae?) 1517. E. — Brev. ms. Canonic. reg. Wratislavien. saec. 15. Cod. Wratislavien. I O 75 F. — In 1. Vesp. Super Ps. A, 2 Festi dat. — Tropus fehlt A. — 1, 1 Qui sunt in jubilo B. — 2, 1—3 und 4—6 umgestellt DE. — 2, 6 Fugato Borea DE. — Ad Magn. A, 5 Atque laude A; fehlt B. — A, 6 fehlt B. — In 2. Noct. A 3 lautet in A:

Magnus et laudabilis
Et cunctis admirabilis
Jesus puer amabilis.

In 3. Noct. A 3, 1 dilectissime A. — Ad Laudes. A 2, 3 Te fehlt B. — A 3, 4 tam fehlt A. — A 4, 3 Inventus Mariae Jesus E. — A 5, 1 matrem B; est fehlt AB. — Die beiden zu diesem Officium gehörigen Hymnen vgl. Aual. IV, 18. Den Verfasser dieser Hymnen und des Officiums nennt A: „Istam historiam fecit Dominus Johannes Hoffman, episcopus Misnensis“; derselbe starb den 26. März (nach andern den 12. April) 1451.

3. In Transfiguratione DN.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Salvator mundi, Domine,
Deus verus in homine,
Quos tuo signas lumine,
Da semper frui numine.

Ad Magnificat.

A. Exsultet spiritus
In vero salutari,
Qui fecit coelitus
Se transfigurari,
Ut nix candet habitus
Radio solari,
Vultus lucet penitus
Claritate pari.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus luminis
Paterni splendorem,
Qui transformat hominis
Vultum in decorem.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Praegustatur hodie
Ligni vitae fructus,
Plantati miseriae
Secus nostrae fluctus.
2. Salva nos propitius
Ab irae brevis aestu,
Cui dixit Dominus:
Filius meus es tu.
3. In spe singulariter
Nos constituisti,
Vultus tui lumine
Dum nos perfudisti.

Responsoria.

1. Mentem excutiens,
homo, de pulvere
Stude cum Domino
montem descendere,
Quo Christi gloriam
possis conspicere,
- V. Quam suis hodie
promisit cernere,
Amictum gloriae
volens induere.
2. Seorsim a scoria
Plebis elevati
Visionis gloria
Sunt irradiati
In dulci praesentia
Christi transformati.
- V. Qui se levant supra se,
Monte sunt beati,
Visionis coelicae
Gustu debriati.

3. Christus dat se fulgidum

In carne passura,
Ne nobis sit dubium
De dote futura,
Sed iuge convivium
Mens speret secura.

V. Attriti poenaliter

Via mundi dura
Fulgebunt sublimiter
Contra carnis jura.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Innocentes manibus,
Mundo corde puri
In decore gloriae
Regem sunt visuri.
2. De coelo intonuit
Deus majestatis:
In quo mihi placuit,
Ipsum audiatis.
3. Hominum piae filii
Forma speciosus,
Christus nitens vestibus,
Vultu luminosus.

Responsoria.

1. Claritate fulgida
Facies lucescit,
More nivis candida
Vestis enitescit,
Haec est vita lucida,
Quae finiri nescit.
- V. Nix misericordiae
Solamen expressit,
Ardens sol justitiae
Clarae typum gessit.
2. Tres assumpti cum stupore,
Helias cum legis latore
Admirantes piae splendore
Adstant coram salvatore,
- V. Verum probant legis more
Trium aut duorum ore.

3. Clara revelatur
via clausa, fides reseratur
Fulgida strata datur,
per quam pia plebs graditatur,
Vox patris est testis,
vultus, lux, candida vestis;
V. Cernite splendorem
vultus vestisque nitorem.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Vehementer fortis dii
terrae elevati
Speciem Dei Jacob
vident transformati.
2. Gustu brevi dulcium
nostra mens affecta
Concupiscit acrius
atria dilecta.
3. Lex per Moysen est data,
A prophetis testificata,
Quorum Christi praesentia
Completa sunt praeconia.

Responsoria.

1. Circumstantes terruit
Splendor claritatis,
Quibus mens elanguit
In terram prostratis,
Sed nubes apparuit,
Signum lenitatis.
- V. De coelis intonuit
Deus majestatis,
Humanae contremuit
Virga parvitatis.
2. Petrus raptus gaudio
Tantae visionis
Non se regit praevio
Ductu rationis,
Quod probat indicio
Prolati sermonis:
- V. Fiant tabernacula
Trinae mansionis,
Bonum est per saecula
Tantis frui bonis.

3. Transformate
Salvator hodie,
Nos reformat
per vitam gratiae,
Hic informa
lima justitiae,
Hinc transforma
in luce gloriae;
V. Tibi mundos
a faece scoriae
Revelata
conforma facie.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Decorem Christus induit,
Paterna vox insonuit,
Ista testimonia
Nimis credibilia.
2. Transformati gloria
Nos facit sitire,
Quo donetur atria
Ejus introire.
3. Super nos illumina
Vultum tuum, Christe,
Cujus lucis gloria
Fulget dies iste.
4. Benedicat Dominum
Omnis creatura,
Qui se dedit fulgidum
In carne passura.
5. Laudent regem gloriae
Cuncta, quae creavit,
Cujus fulgor hodie
Solem superavit.

Ad Benedictus.

- A. Ex alto nos oriens
Christus visitavit,
Cujus lucem fragile
corpus obumbravit,
Sed ut nos illuminet
se transfiguravit.

In 2. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. In splendoribus sanctorum
 Salvator genitus,
 In consilio justorum
 Magnus est agnitus,
 Rectis corde
 dat lumen cernere,

Suscitatis
 de mundi pulvere.

Ad Magnificat.

- A. Lux fulget celebris
 Christi praesentia,
 De carnis latebris
 Emicat gloria,
 Quae nostris tenebris
 Infundit gaudia.

Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. in. Cod. Londinen. Reg. 2 A XI. —
Hiezu die Hymnen in Vesp.: Coelestis formam gloriae (Mone I, 85); ad
Noct.: Splendor aeterni luminis (Morel, S. 16), in Laud.: Mentis fervet de-
votio (Anal. XII, 16).

4. De Vulneribus DN.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Adsunt sacrosancta festa
 Beatorum vulnerum,
 Quae infixit gens funesta
 Creatori siderum.
2. Hi cancelli pietatis,
 Per quos sponsus prospicit,
 Ad amplexus caritatis
 Sponsam clemens allicit.
3. His in cavernis petrarum
 Turtures nidificant
 Et accipitris avarum
 Raptum praeludificant.
4. Vasa pulchra regis fortis
 Stillantia dulcedinem
 Effugarunt dirae mortis
 Perpetim acredinem.

Ad Magnificat.

- A. Gaude, coelum, terra, plaudete,
 Festum adest dignum laude
 Beatorum vulnerum
 Christi, pii redemptoris,
 Quem collaudat vox dulcoris
 Hominis interioris
 Dulcedine dragmatum.

Nos, qui vulnerum cruento
Redempti sumus, honore
Debito festum colamus
 Vulnerum, perennibus
 Ut inferamur gaudiis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus summi regis
 pretiosa vulnera,
Vigilanter offeramus
 ipsi laudum munera.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Pilatus vulneribus
 Christi corpus cruciat,
 Ut flagrum generibus
 Sanguinem excutiat.
2. Cruor fluit roseus
 Ex membris sacratis,
 Per quae stillat dulciter
 Gratia beatis.
3. Corpus mite Jesu
 numeroso vulnere laesum,
 Ad caput a planta
 transvolat ille dolor.

Responsoria.

1. Agnus sine macula
Mundana piacula
Vulnerum cruento
Tergens tabernacula
Coeli fecit pervia
Flagranti amore.
- V. Ad Deum accedite et illumina-
mini, et facies vestrae non
confundentur.
2. Mira providentia
Diva sapientia
Domum, quam fundavit,
Ex gentis malitia
Praesidis militia
Flagris cruentavit.
- V. Lana munda tingitur
Sanguine concilii,
Dum flagellis cingitur
Caro Dei filii.
3. Stolas tingunt martyres,
Genas pingunt virgines
In agni cruento,
Ex fontibus vulnerum
Debriantur plurimum
Angeli dulcore.
- V. Ad Christum accedite,
Mundo corde bibite
Poculum salutis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Mare fudit aeneum
Salomon in templo,
Ut mundetur sordidum
Sanguinis exemplum.
2. Coccus bis cinctus
est Christi sanguine tinctus,
Qui mortis geminae
vincula dura tulit.
3. O beata latria
Christi, per quam patria
Coeli reseratur,
O praeclara vulnera,
Clavi, spina, lancea,
Per quae vita datur.

Responsoria.

1. Hoedi tinteta sanguine
Tunica talaris
Est crux unguine
Caro salutaris
Purpurata stipite
Sacri torcularis.
- V. Torcular calcavi solus, et de
gentibus non est vir mecum.
2. Templum tabernaculi
pellibus caprinis
Rubricatis tegitur
atque jacinthinis,
Sic verbum altissimi
vulnerum sentinis
Purpuratum corpore
protegit ab imis.
- V. Cui diximus: sub umbra tua
vivemus in gentibus.
3. Christus vulneratus est
pro nostris peccatis,
Pro mundi sceleribus
attritus est gratis;
O insignis gratia,
honor libertatis
Immolato filio
redit venumdatis.
- V. O inestimabilis dilectio cari-
tatis, ut servum redimeres,
filium tradidisti.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Vulnerasti, sponsa, meum
Cor amoris jaculo
Taliter, ut pro te crucis
Sim affixus baculo.
2. Sponse dulcis deitate,
Floribus humilitate,
Vulnerate caritate,
Quaeso, mihi dic, amate,
Ubi te reperiam?

3. Sum in horto voluptatis,
Areola aromatis,
Carpens rosas caritatis
Et lilias castitatis,
Humilitatis violas.

Responsoria.

1. Vir indutus lineis
Atramento femoris
Pinxit tau crucis in fronte
Inebrians cruaris fonte
Moerentis in vinculis.

V. Angelus exterminator,
Ubi vidit Tau signatos,
Signo postes consecratos,
Impunitos deserit.

2. O sacratum corpus Christi,
Qui tot poenas pertulisti,
Vulneratum, lanceatum,
Diris vinclis coartatum,
Ciba nos in hora mortis,
Reseratis regni portis
Introduc ad gaudia,

V. Ubi beatorum animae
Perenni beatitudine
Feliciter jucundantur.

3. Vidi regem coronatum
Multo diademate,
Clara stola candidatum
Purpurata sanguine,
Quem in albis sequebantur
Coelestes militiae,
Regi regum concinente
Canticum laetitiae.

V. Laverunt stolas suas et can-
didas eas fecerunt in sanguine
agni.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Dominus rex gloriae,
vulnerum crux
Purpuratus, hodie
vestitur decore.

2. Jubilet ecclesia
Christo redemptori,
Qui pro ipso voluit
vulneratus mori.

3. Auctor vitae Sito
profatur in cruce,
Liber a supplicio
quod regnes in luce.

4. Benedicant Dominum
omnes creaturae,
Qui pro nobis voluit
vulnerari dure.

5. In chordis et organo
Christum regem caeli
Collaudemus adorantes
pectore fidei.

Ad Benedictus.

A. Benedicta benedicti
Salvatoris vulnera,
Per quae vinculis adstricti
Libertatis munera
Consecuti sunt, abluta
Criminum contagia,
Vera vita morte trita
Praestatur et gratia.

Per Horas.

Ad Primam.

A. Haec est dies inclita,
Quae Christi memoria
Vulnerum babetur,
Per mundana climata
Militans ecclesia
Festive laetetur
Et praeclara stigmata
Christi laude debita
Digne veneretur.

Ad Tertiam.

A. O fons indeficiens
Summae voluptatis,
Angelos reficiens
Proles deitatis,

Per beata vulnera
Sacrae passionis
Nos supernis applica
Post cursum agonis.

Ad Sextam.

A. Sex millena sexcentena
Vulnera beata,
Sexagena atque sena
Illis aggregata,
Nobis a perenni poena
Sint tutela grata.

Ad Nonam.

R. Agno vulnerato
de pura virgine nato
Cum prece devota
modulizet concio tota.

V. Adoramus te, Christe, et
benedicimus tibi, quia per
pretiosa vulnera redemisti
mundum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Hodie coelesti sponso
jubilet ecclesia
Pro suorum et sacrorum
vulnerum memoria,
Sex millena sexcentena
numerosa gratia
Sexagena atque sena
post vitae curricula
Paradisi ad amoena
nos perducant gaudia.

Antiph. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theolog. Fol. 129. A. — Antiph. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theolog. Fol. 124. B. — Brev. ms. Fredeslariense saec. 13. Cod. Casselan. Ms. theolog. Fol. 139. add. saec. 14. C. — Brev. ms. Fredeslariense saec. 14. Cod. Casselan. Ms. theolog. Fol. 146. D. — Brev. ms. Carmelitarum saec. 15. Cod. Casselan. Ms. theolog. Fol. 38. E.

In 1. Vesperis A 1, 3 Quae influxerat gens fenusta E. — A 1, 4 Conditori E. — A 4, 1 Vasa fulcra E. — A 4, 4 aggredinem E. — A 5 prosaisch u. z. ist eine Kollekte als Antiphon verwandt. — Ad Magn. A, 12 fehlt E. — In 1. Noct. A 1, 2 cruciavit E. — A 1, 3 fragrum D, frageum E. — A 1, 4 excutivavit E. — A 3, 2 numerose E. — R 2, 1 sqq. Exaltatus in ligno crucis Jesus Christus etc. prosaisch. E. — R 3, 1 sqq. Ex divinae caritatis beneficio etc. prosaisch E. — R 3, 8 corde edite, bibite D. — In 2. Noct. A 2, 1 Coctus E. — In 3. Noct. A 1, 1 sq. cor meum E. — A 1, 4 Sum affixus E. — A 2, 2 Floribus humanitate B. — A 2, 3 Vulnerata DE. — A 3, 5 Humilitatis fehlt D. — R 1, 2 Atremento D, atremento E; femoris fehlt D. — R 2, 1 O sacrum E. — R 2, 3 lancea E. — R 2, 4 Cum diris vinculis cohortatum DE. — Ad Laudes. Ad Bened. A, 7 Vera victa morte certa D. — In 2. Vesperis. Ad Magn. A, 2 jubiletur E. — A, 10 perduc E. — Per Horas. Ad Primam A, 9 veneremur D. — Die zugehörigen Hymnen cfr. Anal. XXIII, Nr. 32—35.

5. De Effusione Sanguinis DN.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Christo haec plebs addita
Et ejus dono praedita,
Jucunderis hodie,
Tota sis devota,
Erumpens in jubilum

Depone mentis nubilum,
Tempus est laetitiae,
Cura sit semota.
Omnes terrae populi
Laudent auctorem saeculi,
Per quem tanto gratiae
Signo gloriantur.

Ad Magnitudinem.

Invitatorium.

Regi, qui regit omnia,
Christo confiteamur,
Sacra cuius insignia
Redempti veneramur.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Reges ut vasa figuli
In fine confingentur,
Qui summi regis aemuli
Sanguinem non verentur.
2. Adversus Dei filium
Plures insurrexerunt,
Nocentes in innoxium
Cruorem effuderunt.
3. Beati, quorum oculi
Praesentes contemplantur,
Quod tot terrarum populi
Absentes venerantur.

Responsoria.

1. Redemit nos in brachio
sancto suo Dominus.
Animas nostras redimens
de inferni manibus,
Cum ad ima inclinatus
servi formam accepit.
- V. Nostra ad summa unctio
Natura sumpta humana
Haec est inclinatio.
2. In pace nostram animam
redemisti, Domine,
Mortem sustinens acerbam
maxima caritate,
Qua nemo potest majorem
nec similem habere.
- V. Per hanc tuam passionem
Pacis salutis aeternae
Capaces nos fecisti.
3. Quae plasmator non rapuit,
suo solvit sanguine,
Quo nos a peccatis lavit,
ut consortes gloriae

Cum electis in patria
nos faceret in fine.

- V. Animam suam pro grege
Pie dare voluit,
Ut expertes miseriae.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sanguini, quem gens impia
Latere fudit Christi,
Devotum cum laetitia
Impendamus honorem.
2. In tua, Jesu, requie
Nos tecum gaudemus,
Cujus sanguinem hodie
In terris honoramus.
3. Christi latere percusso
Sanguis fluxit salutaris,
Christicolis venerandus
Atque magnificandus.

Responsoria.

1. Lux, ecce, fulget hodie
Magnae solemnitatis,
Laudes exsolyantur piae
Datori bonitatis,
Ne tanta dona gratiae
Collata sint ingratias.
- V. Laete psallat ecclesia,
Laudans regem gloriae
Pro donis sibi datis.
2. In Phase, quod praecipitur
Moyses immolare,
Sub agni typo creditur
Lex Christum designare,
Hujus sanguis effunditur
In Phase salutare.
- V. Hoc aspersus non laeditur,
Nam ad eum non sinitur
Percussor penetrare.
3. Christus in patris vinea
Pro nobis vapulavit,
Dum fructum gens erronea
Petitum denegavit,
Insontis latus lancea
Crudelis perforavit.

V. Felix cuspes est ferrea,
Qua confossum a framea
Fideles liberavit.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Nos tecum, judex saeculi,
Fac demum gloriari,
De tuo sacro sanguine,
Quos inundas, laetari.
2. Praeclaro post sanguine
Nos ditavit hodie,
Qui pedibus imaginis
Separatis effluxit.
3. Digne chorus fidelium
Sanguinem veneretur,
Quo redemptum a criminis
Se vere confitetur.
Responsoria.

1. Pii Dei clementia
Non ex suis operibus,
Sed ex misericordia
Impios justificavit
Eosque salvos effecit
Benignitate sua;
2. Sic ipsos de interitu
Tollens misericorditer
Dedit coeli gaudia.

2. Crucis instet laudibus
Clerus, quem Christus san-
guine
Effuso consecravit,
Quem effundens salubriter
Pro mundi se peccamine
Piaculum donavit.

- V. Sic pius se ab impiis
... sine crimine
Supplicium portavit.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Dono praeclaro praediti
Thesauri nobis crediti
Veneremur actorem,

Brev. Corisopitense imp. 1500. — In 1. Vesperis. Ad Magn. A, 5
Erumpens innubiliter. — In 3. Nocturno. A 3, 2 veneratur. — R 1, 3 ex
fehlt. — In Laudibus. A 3, 4 Ne sinentes operari. — A 4, 2 Benedicat. —
Die zugehörigen Hymnen vgl. Anal. XII, Nr. 49—52.

Qui nobis arma contulit,
Quibus humani perculit
Generis oppressorem.

2. Haec lux cum laetitia
Celebris agatur
Et in Christi gloria
Prorsus impendatur.
3. Jesu, redemptor saeculi,
In tuis semper seduli
Praeceptis vigilemus,
Ne segnes operarii
Frustremur spe denarii,
Cujus pignus tenemus.
4. Sancta Dei dextera,
Benedicant opera
Cuncta creatorem,
Qui dat nobis munera
Ad salvanda vulnera,
Crucem et cruorem.
5. Terrae reges et populi
Laudent omnes et singuli
Sedentem super thronum,
Quod immensa datio
In hoc de sacro loco
Sit lapsis remedium.

Ad Benedictus.

- A. Ortus ante saecula
Nos in servi formula
Christus visitavit,
Nobis dans signacula,
Quibus dira vincula
Mortis dissipavit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Pie Jesu, rex omnium,
Finis atque principium
Hujus solemnitatis,
Post festa temporalia
Nos perducas ad gaudia
Tuae pereunitatis.

6. De Corpore Christi.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.
Gaudie, felix
mater ecclesia,
Novae laudis
agens solemnia,
Tota mentis
plaudite laetitia
Redemptoris
laudans magnalia,
Inter quae cuncta
plus considera,
Mira quae fecit
in coena opera.

Ad Magnificat.

A. Magnificent animae
Fideles Christum Dominum,
Qui justis famelicis
sacrum dat convivium,
Dimitens inanes divites
gerentes hinc fastidium.

Ad Matutinum.

Invitatorium.
Adsum dominicae
mensae deliciae,
Plaudunt ecclesiae
cantu laetitiae.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Panis novus et coelicus
Missus in fine saeculi,
Patris aeterni filius
est cibus suavitatis.
2. Hic, a sacerdotibus
Dum missa celebratur,
In eorum manibus
Transsubstantiatur.
3. Hoc sacramentum Dominus
Instituit in coena,
Cui sedis cominus
Turba duodena.

4. Sub legis Dei regula
Mens justa sit et sedula,
Saginata dulcedine
De carne Christi et sanguine.
5. Agonizans post coenam Dominus
Morte factus jam proximus
Cruorem fudit cum precibus.
6. Pernoxt tunc Christum proprium
Tradebat Judas dominum,
Post corporis edulium
Crudele reddens osculum.

Responsoria.

1. Mundos vocans
ad suas epulas,
Hora coenae,
detestans crapulas,
Suam Jesus
dat carnem ferculum,
Cruorem poculum.
5. Digna sane et munda
Vita requiritur,
Ubi esca tam sancta
Mandi praecipitur.
2. Data mundo
pro mundi gloria
Mira Christi
sunt beneficia,
Morbos, mortem
fugat et vitia
Sumpta eucharistia.
5. Vitam justis
confert edulium,
Malis mortem
infert et judicium.
3. Paupertatis
incipiens semita,
Cuncta mundi
detestans crimina,
Dignus frui
est Christi hostia,
Inter poli
locandus agmina.

- V. Nocte agnus
 legalis manditur,
Culpae umbra
 Christi luce pellitur.

4. Verbum vitae
 in mensa loquitur,
A se ipso
 panis conficitur,
Confectus sic
 Jesus sumitur,
 Salus hinc nascitur.

V. Post in mortem
 a fratre traditus,
Surgens vivit
 illaesus penitus.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sitiebat Christus
 salutem hominum,
Suo sanguine situs
 nostrae sedans incendium.

2. Migrans Christus fratribus
 Vitae firmamentum
Corporis et sanguinis
 Tradit sacramentum.

3. Liber omni vitio
 Gustet hic fidelis,
Quem post pleno gaudio
 Videat in caelis.

Responsoria.

1. Panis descendens coelitus
 Mentis supplet inopiam
Vitamque reddens penitus
 Dat gratiarum copiam.

V. Signo crucis de
 panis materia
Virtute verbi
 fit eucharistia.

2. Felix caro,
 de cuius epulo
Tanta salus
 redundat saeculo
Et sanguinem

- propinans populo
 Vitali poculo.
V. Ex ubertate gratiae
Tales dantur deliciae.

3. Ascendentem
 Christum de hac miseria
Prosequamur
 per sancta desideria,
Vadit orare
 pro nobis in patria,
Manens pascit
 nos eucharistia.

V. Per quem tale
 nobis datum est promissum:
Vado semper
 mansurus vobiscum.

4. Granum florens in fertili
 Agro ventris virginei,
Sacro satum spiramine,
Poenae tritum gravamine,
Pro amoris signaculo
Fit panis in coenaculo.

V. Flos est pulcher
 puris adspectibus,
Panis sanus
 mundis affectibus.

In 3. Nocturno.

Responsoria.

1. Memor fuit testamenti
 Dominus rex gloriae,
Se dat escam sacramenti
 Dignus, ut aporiae
Mors necetur et purgetur
 Vita zyma scoriae.

V. Ut nunc rerum facie
 Gerimus per Jesum,
Ipsum mentis acie
 Vitae scimus esum.

2. Vere Joseph tunica
 Mire polymita
Passione punica
 Nobis redimita,
Hac vestimur unica
 Nunc et poli vita.

- V. Summe pater gloriae,
Corpus tui nati
Vestis est munditia,
Qua sumus renati.
3. Vive panis, qui divisus
tamen non divideris,
Qui cum sancto spiritu et
patre unum crederis,
In te uni, per te muni,
quos uno pane reficias.
- V. Quod in nobis habitas,
verbum caro factum,
Ex Maria nasceris,
quaes viri nescit tactum.
4. O spem miram, quam dat Jesus
Suis largus famulis,
Olim caesus, nunc illaesus
Cum ministris angelis
Vivus manet, quamvis esus
Hic in tabernaculis.
- V. Invitati festinemus
Ad regis praesentiam
Et pro datis nobis gratis
Sibi reddamus gratiam.

In Laudibus.

Super Psalms.

- A. Vere digna hostia
Deus, corpus et anima,
Natura duplex, substantia
Trina, personona unica.
- Ad Benedictus.
- A. Benedictus
salvator hominum
Salutare
ipsis dans epulum

Antiph. ms. Lucidae Vallis saec. 14. Cod. Carolsruhan. Licht. 15. A. —
Brev. ms. Lucidae Vallis saec. 14. Cod. Carolsruhan. Licht. 34. B. —
Brev. ms. Günthersthalese saec. 15. Cod. Carolsruhan. Gü. 7. C. — Brev.
ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 6. D. — Collect. ms.
Hamelense saec. 13. Cod. Hannoveran. I 101 d. add. saec. 15. E. — In der
1. Vesper stehen vier AA super Ps., von denen aber die drei letzten prosaisch
sind. — In der 2. Nocturn sind die drei ersten AA prosaisch. — In der
3. Nocturn ist die A ad Cantica prosaisch: O sacrum convivium etc. — Ad
Bened. A, 4 Ipsis salutare AB. — Vgl. Mone I, 262 ff.

Corpus suum
ministrat ferculam.

Per Horas.

Ad Primam.

- A. Quando sumunt Dominum
Hic unus, ibi mille,
Quantum turba plurimum,
Tantum sumit ille.

Ad Tertiam.

- A. Hostiarum cumulus
Multarum dum sacratur,
Non sub formis pluribus
Christus multiplicatur.

Ad Sextam.

- A. Effectu sumunt vario
Impius et justus,
In primo mors, in alio
Est vitalis gustus.

Ad Nonam.

- A. Masticatur Dominus
Nec dilaniatur,
Semper manet solidus,
Cum species frangatur.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O panis eucharistiae,
Cibus sanitatis,
Pius dator veniae,
Culpas laxa gratis,
Pacis et concordiae
Donis confirmatis
Finem fac miseriae,
Nos junge beatis.

7. In Illatione Sanguinis Domini.

In 1. Vesperis.

- R. Salve, sanguis Christi stilla,
Bona reducens in illa,
Quae perdidimus
In primis parentibus.
V. Cruor Christi super cuncta
Pretiosa est unguenta,
Favus distillans passio
Mel et lac in cruce sua.

Ad Magnificat.

- A. Ave, cruor salutaris,
Qui de vivo derivaris
Fonte, nos emundans
Et ad bonum nos fecundans,
Mustum verae vitis,
Vim extingueens nostrae sitis,
Stilla plena dulcore,
Tu nos coeli redde dignos
honore.

Ad Nocturnum.

Responsoria.

1. Serpens ad fastum
per fraudes atque per astum
Illiciens pastum
fructu mortis protoplastum,
In patre nos stravit,
coeli quem sede fugavit,
Sed Christi sanguis
occurrit morsibus anguis.
V. Vulneribus maestis
nos laesit noxia pestis,
Dum tristi pomo
se temeravit homo.
2. Vere sacramum sanguinem,
Qui restituit hominem
Paradiso spoliatum
Matris Evae per reatum,
Nam peremptis mortis esu
Redit vita morte Jesu.
V. A Domino factum est istud et
est mirabile in oculis nostris.

3. Christi sanguis sacratissime,
Tu potus salutaris es animae,
Menti ros intimae,
Tu carnis extingueens fons
faculas,
Mundans maculas.
V. Quoniam peccatorum flammis
urimur et culpis sordidamur.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Quando venit agnus Dei,
Placens patri hostia,
Solvit orbis culpam rei
Sanguinem cum anima
Dans ei.
2. Verbum supernum descendens
Ad salutem hominum
Sanguinem impendit pretiosum
In succursum redimendorum.
3. Beatus auctor miseris
In primo lapsis homine
Apertione lateris
Fuso subvenit sanguine.
4. Clausa parentis anima
Penetrabatur gladio,
Dum nati rorant optima
Membra cruoris fluvio.
5. Domus coelestis panditur,
Dum rumphea versatilis
Et flammea restinguitur
Virtute stillae nobilis.

Ad Benedictus.

- A. Redditi
coelis sumus
per cruentem,
Quem Christi
de corpore
produixerunt
Sudor flagra spinae
Ac clavi
lanceaque
per hunc rorem
Avida
jam praedura
corda revixerunt.

Per Horas.

Ad Primam.

A. Sanctus sanguis iste,
Quem, Christe,
Nascens ex virgine.
In ejus oculis
Fudisti pro homine.

Ad Sextam.

A. Spes nostra
Vincens ostra
Sanguis rubi
Donis ubi
Stillula.

Ad Nonam.

A. Te jure cuncti
Fide functi,
Ros vivifice,
Quaerunt,
Qui ruerunt,
Ut resurgent, effice.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

O gutta sanguinis
Omni prosequenda laude,
Quae cladem hominis
Miseri plena virtute repellis,
Dum ex sacro Christi corpore
manas
Cunctosque languidos sanas.

Brev. ms. Altaense saec. 14. Clm. Monacen. 9628. — In der ersten Vesper ist die A super Psalmos prosaisch; dieselbe A kehrt zur Terz wieder. Vom Hymnus giebt die Handschrift nur den Anfang an: O lapsi salus hominis. Das Invitatorium lautet: Adoremus regem magnum; die AA der ersten und einzigen Nocturnu sicut in festo omnium sanctorum. Von den vier RR ist das dritte prosaisch und hier fortgelassen. Der Hymnus in den Laudes: Signum crucis mirabile.

8. De Corona Spinea.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Novi festi gaudio
Francia nitescit,
Regis regum xenio
Regni decus crescit.
2. Omnis zona sub corona
Jesu Christi clauditur,
Francis tamen in solamen
Speciale mittitur.
3. Sertum Christi deserit
Graecos et Hebraeos,
Se Latinis inserit
Et honorat eos.
4. Corda pungat et compungat
Spina flore pulchrior,
Vernans apud Christi caput
Aduic est flagrantior.

5. Pars coronae nos ditavit

Caroli temporibus,
Ludovico Deus favit,
Totum reddens partibus.

R. Triumphales

virtutum tituli

Vi subacta

mortalis stimuli

Sub spineto

divini circuli

Nos coronent

in fine saeculi.

Nox diei,

vitae mors visita,

Ligno vitae

spina praeposita,

Crux honori

restaurant perdita.

V. Coronato

nostra miseria,
Qui honore
coronat omnia,
Et flamini
cum patre gloria.

Ad Magnificat.

A. Felix terra,

quae spinas protulit,
Regis regum
quas caput extulit,
Quarum multo
punctus est stimulo
Moriturus unus
pro populo.
Sertum diva
redolens tempora
Nostra fecit
beata tempora
Vernans intra
Francorum litora.

A d M a t u t i n u m .

I n v i t a t o r i u m .

Adoremus humilem
Spinis coronatum,
Quem exspectat judicem,
Quidquid est creatum.

I n 1. N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. Qui de coelis unctionem
Regi misit Franciae,
Per coronae missionem
Hunc honorat hodie.
2. Ex hiulcis terrae sulcis
Crucem traxit Helena,
Rex de Graecis tulit thecis
Coronam Francigena.
3. Dum medium silentium
Pacis teneret Francia,
Per Salomonem alium
Francorum ditat solium
Corona Dei propria.

R e s p o n s o r i a .

1. Occidentem
illuminat oriens,
Solum novum
Gallis adjiciens,
Resurgentis
coronam largiens.
- V. Visitat rex omnium
nostram regionem
Et girando flectitur
jam ad aquilonem.
2. De torrente
bibens miseriae
Exaltavit
caput rex gloriae
Coronatus
spinis angustiae.
- V. Regnaturos
decet augustia,
Ut coronae
monet materia.
3. Felix spina,
cujus de stimulo
Fructus vitae
pendet pro pabulo,
Morienti
succurrens saeculo.
- V. Hujus decor
in aula regia
Et regali
splendet ecclesia.

I n 2. N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. Dei dono obviam
processio grata,
Ut castrorum acies
Exit ordinata,
Sternitur miraculis
strata consecrata..
2. Gaudeat Parisius
Serti privilegio,
Quo non exstat dignius
Sub solari radio.

3. Salvum fac, o Domine,
regnum atque regem,
Qui coronae gaudio
tuum ditas gregem.

Responsoria.

1. Hierusalem
atque Bisantium
Divae liquit
coronae pretium,
Ut Gallorum
fiat praesidium.

V. Fert magistra
mundi Parisius
Sertum lauro
sophiae dignius.

2. Qui per terras et per mare
Cunctis rebus imperat,
Fluctus sedat, nimbos arcet,
Velis auras temperat;
Felix navis, cuius onus
Casus maris superat.

V. Rex, qui navi naufraganti
Mitigavit maria,
Nunc coronae transfretanti
Cuncta reddit mitia.

3. Sacras merces
vincentes pretia,
Quas in pignus
sumpsit Venetia,
Regis nostri
redemit copia.

V. Liberalis
regis rex omnium
Per coronam
confirmat solium.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Nuntiat in gentibus
Sertum, quod portavit,
Quod a ligno crucifer
Dominus regnavit.

2. Judicatus nequiter
Orbem judicabit
Et certantes fortiter
Secum coronabit.

3. Diligit judicium
Honor summi regis,
Et fidele solium
Per coronae praemium
Firmat lator legis.

Responsoria.

1. Diadema
dat virgo carneum,
Synagoga
crudelis spineum,
Sic coronant
regem aethereum.

V. Ipsa die
vernoque tempore
Vernat Christus
utroque decore.

2. Serti viror
virtuti proprius
Plus quam auri
vel gemmae radius
Triumphantem
ornat decentius.

V. Non quaerebat
fulgens imperium,
Sed viorem
vitae mortalia.

3. Sacri Petro regni clavis
Et unius uni navis
Datum est remigium;
Unitatem scindens Graecus
Coronarum perdit decus,
Perdit et imperium.

V. Minor natu Gallia
Fidei majoris
Emit primogenita
Fratri senioris.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Pretiosum, non spinosum
Christus sertum respicit,
Nec picturis, sed puncturis
Cronari voluit.

2. Coronatus, exaltatus

Ad se traxit omnia,
Vis palmaum apertarum
Aperit coelestia.

3. Homo, sursum cerne rursum

Sertum Dei spineum,
Hic redigit, quidquid egit
Per serpentem aeneum.

4. Crucifixi spolia,

Crux, corona, clavi,
Transeunt a sedibus,
Quas foedabant pravi.

5. Ecce, fit Parisius

Paradisi risus,
Ubi viror oritur
Junci pulchri visus,
In quo sua messuit
serta paradisus.

Ad Benedictus.

A. Ecce, festum

novae laetiae

Lucis auget
decorem hodie,
Quo rex regum
dilectae Franciae
Sertum praebet
cervicis propriae.

Ad Parvas Horas.

Ad Primam.

A. Regis caput ambiens
Sertum aerumnosum
Angulari lapide
fuit pretiosum,
Inter vepres aries
cornibus haerebat,
Cum coronam spineam
victima ferebat.

Antiph. ms. Cameracense saec. 14. Cod. Cameracen. 40. — In 1. Vesp.

A 1, 3 exennio. — R, 9 In honore coronant. — In 1. Noct. R 1, 10 fehlt
eine Silbe; jam ergänzt. — R 2, 5 Coronam spinis. — Ad Sextam.
A 4, Visitavit. — Nach der Antiphon ad Nonam und vor der Antiphon ad
Magnificat stehet folgende drei Strophen, die ein Tropus zum Sanctus
scheinen, da nach jeder sich das Wort Hosanna wiederholt:

Ad Tertiam.

A. Hominum pae filiis
forma speciosus
In corona spinea
fulsit gloriosus,
Rubi splendor veteris
in hac renovatur,
Novo rubo legifer
novus coronatur.

Ad Sextam.

A. Sicut dulci pluvia
Gedeonis vellus,
Sic recenti gratia
Visitatur Francia,
Sacra Dei tellus.

Ad Nonam.

A. Quasi sponsum decoratum
Corona laetitiae
Contemplemur coronatum
Regem Christum hodie.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Christe, dator
victoris gratiae,
Quos corona
ditas victoriae,
Fac victores
mundi miseriae,
Coronandoz
corona gloriae.

R. In Constantinopoli
Sumpta manu Karoli
Pars coronae Domini
Datur Dionysio,
Florum testimonio
Vulgi nota lumini,
Parte fulget alia
Regis nostri regia,
Fax honoris gemini.

1. Ingredientie domina
Coronarum Parisius
Tamquam ad nova numina
Coetus exsultat obvius.

2. Hosanna Dei filio
Clamant Hebreai mystici,
Signorum teste radio
Cives occurunt coelici.

3. Augusti lux undecima
— — indicit Franciae,
Pro messe serens optima
Coronam regis gloriae.

9. De Corona Spinea.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Adsunt dominici
Serti selemnissia,
Laude multiplici
Plaudat ecclesia.

Ad Magnificat.

A. Ave spina,
poenae remedium,
Servi decus,
regis opprobrium,
Tua plaga,
dolor, ludibrium
Vitae nobis
mercantur praemium.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Honorati dote bona
Adoremus mente prona
Regem Christum in corona,
Quam Judaea texuit.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Veneremur bonum Deum
Et colamus votis eum,
Qui gentilem et Iudeum
Spinis septus redimit.
2. O quam acetosa vitis,
De qua babit Jesus mitis,
Agnus Dei expers litis,
Cum sic punctus exstitit.

3. Ergo regem, quem amamus,
Coronatum collaudamus
Et coronam praedicamus
Super opes regias.

4. In his spinis suspiremus,
His nos rosis coronemus,
Et sub istis computemus
Sentibus delicias.

5. Benedictus omnis erit,
Qui has spinas corde gerit,
Nam in ipsis Deus serit
Fructum centenarium.

6. O fertilem agrum multum
Et divina manu cultum,
De quo surgit hoc virgultum
Ante regis solium.

Responsoria.

1. Adest sacra lux diei,
Qua coronae nostri Dei
Agitur memoria,
Respiremus omnes rei,
Hinc cantemus omnes ei,
Qui regnat in gloria.

V. Coronastis hunc, Iudei,
Ejus dantes faciei
Alapas, gens impia.

2. Corona interrasilis
Mensae labio ponitur,
Quia corona spinea
In caput Jesu plectitur,
Et altera coronula
Altior ei additur.

V. Agno pro nobis mortuo,
Qui a Johanne cernitur,
Omnis corona merito
A senibus submittitur.

3. Spina carens
 flos spina pungitur,
 Per quam culpae
 spina confringitur,
 Spina mortis
 spina retunditur,
 Dum vita mundi
 sub spina moritur.
- V. Per hoc ludibrium
 Hostis deluditur,
 Mortis dominium
 Per mortem tollitur.
4. Novus homo, rex antiquus,
 Ut nos ditet, fit mendicus,
 Expertus ludibrium,
 Sic probatur ut amicus,
 Jesus dulcis fit pudicus
 Inter spinas lilium.
- V. Jam de spinis legit ficus
 Non Judaeus inimicus,
 Sed fides credentium.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Synagoga, retro abi
 Ficte dicens: ave, rabbi,
 Ex hoc scias, a te labi
 Regnum et imperium.
2. Dum Judaei genu flectunt
 Et milites spinas plectunt,
 Vincla mortis sibi nectunt
 Ad salutem gentium.
3. O quis furor militum,
 Qui sic caput inclitum
 Premunt per circuitum
 Spinis et flagellis.
4. O quam digne genitum,
 Quam abjecte traditum,
 Dum emisit spiritum
 Sumpto potu fellis.
5. Hierusalem trux alumna,
 Jesum figens in columna,
 Conversa es in aerumnâ,
 Dum spina confringitur.

6. Pendet cruci in deserto
 Coronatus serpens serto,
 Quem qui videt in aperto,
 Non serpente laeditur.

Responsoria.

1. Futurorum pontifex
 Christus est bonorum,
 Qui a spinis transiens
 In sancta sanctorum
 Certantis ecclesiae
 Meritis justorum
 Mitra sui capitis
 Decoravit chorum.
- V. Nimis ergo placeat
 mentibus piorum
 Tam excellens gratia,
 munus tam decorum.
2. Exit Jesus flagellatus
 Et probrose coronatus
 De spinarum stimulis,
 Pergit sputis deturpatus
 Et confuse purpuratus
 Reverendus angelis.
- V. Patet in hoc principatus
 Mundi hujus et ornatus
 Esse contemptibilis.
3. O benignus o suavis,
 O dulcior cunctis favis,
 Qui cum esset ab ignavis
 Punctus spinis, fixus clavis,
 His ignosci supplicat.
- V. Licet dolor esset gravis,
 Tamen bona reddens pravis
 Pietatem duplicat.
4. Quod ligatur puer risus,
 Quod offertur vexillum visus
 Adhaerere vepribus,
 Hoc praesignat, quod occisas
 Noster Jesus est concisus
 Spinis se pungentibus.
- V. Christo puncto compugnantur
 Et dulcibus perfundantur
 Christianî fletibus.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. Jam concrepent organa
Sponso dulcis musicae,
Sponsa terris orphana
Coronatur mystice
De capite Amana
Et de Sair vertice.

Responsoria.
1. Flos de spina nascitur,
Quem spina compunxerat,
Sed se pungi tolerat,
Dum sub spina moritur,
Solvens, quod non tulerat,
Nos a spina liberat,
Punctura dum pungitur,
V. Dum corona plectitur,
Quam rex mundi deferat,
A quo mundus tegitur.
2. Coronat regem omnium
Judaea serto spineo,
Stat inter spinas lilium
Vernans cruento roseo,
Spinarum culpae nescium,
Spinae punctum aculeo,
- V. Sub decore
fulget purpureo
Corpus nitens
candore niveo.
3. O regem coeli benignum,
Qui per crucis regnans lignum
Ob amoris grande signum
De corona sua dignum
Munus dat ecclesiae;
- V. Gens fidelis, satis gaude,
Et honores omni laude
Regem regum hodie.
4. Felix spina,
cujus aculei
Guttis rubent
roris sanguinei,
Vires frangunt
regis tartarei,
Seras pandunt
regni siderei.

V. O spinarum
immensa gloria,
Quae tot nobis
praestant remedia.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Adest dies laetitiae,
Quo diadema spineum
Commendatur memoriae
Christi cruento roseum.
2. Summum regem gloriae
Spinis coronatum
Ridet plebs perfidiae
Morti condemnatum.
3. O quam felix punctio,
Quam beata spina,
De qua fluit unctio,
Mundi medicina.
4. Pungens spina vulnerat
Christum patientem
Et a morte liberat
Populum credentem.
5. Christo sub serto spineo
Illudunt gentes impiae,
Cujus cruento roseo
Sertum confertur gloriae
- Ad Benedictus.
- A. Exultemus omnes chori,
Laudes demus salvatori,
Qui per spinas floruit,
Commendemus nos pastori,
Qui pro suo grege mori
Tam dignanter voluit;
Nunquam satis est amatus,
Qui tot spinis laceratus,
A morte nos exxit.

Per Horas.

Ad Primam.

- A. Gaude, felix
mater ecclesia,
Adsunt tibi
nova solemnia,

Nam corona
quondam ingloria
Nunc per orbem
refulget gloria.

Ad Tertiam.

A. Adsunt dominici
Serti solemnia,
Laude multiplici
Plaudat ecclesia.

Ad Sextam.

A. Sexto die facti sumus,
Cum in Adam crevit humus,
Et hac hora cinxit dumus
Salvatoris verticem.

Ad Nonam.
A. Circa nonam Christus est
pro nobis occisus,
Et latroni datus est
fide paradisus,
Corona pro crimine
Et pro luctu risus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O decus ecclesiae,
Gloriosa spina,
Sertum regis gloriae,
Mundi medicina,
Praesentis angustiae
Dulcor et resina,
Te laudantes hodie
Serva a ruina.

Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. Cod. Pragen. XII A 22. A. —
Process. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VI G 10. B. —
Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 15. Cod. Pragen. XIII C 1 a. C. —
Antiph. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Pragen. XII C 7. D. — In 1. Vesp.
hat C die vier ersten der AA ad Laudes. — In 1. Noct. A 5, 2 corde
fehlt A. — A 6, 2 manu fehlt A. — In 3. Noct. ad Cant. A, 2 musici AC. —
R 3, 1 O fehlt C. — R 3, 2 Qui fehlt A. — In Laud. hat C nur eine A,
die fünfte. — Die zugehörigen Hymnen vergleiche Anal. IV, S. 21 ff. Ad
parvas horas steht als Hymnus Strophe 3 von Anal. IV Nr. 21.

10. De Corona Spinea.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Christo plebs dedita,
Tot Christi donis praedita,
Jucanderis hodie,
Tota sis devota,
Erumpens in jubilum
Depone mentis nubilum,
Tempus est laetitiae,
Cura sit semota;
Ecce, crux et lancea,
Clavi, corona spinea,
Arma regis gloriae
Tibi commendantur,
Omnes terrae populi
Laudent auctorem saeculi,
Per quem tantis gratiae
Signis gloriatur.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regi, qui regit omnia,
Christo compatiamur,
Sacra cujus insignia
Devoti veneramur.

In 1. Nocturno.

Antiphona.

1. Vexilla regis gloriae
Jubilantis ecclesiae
Laudibus extollantur,
Per quem de mortis nexibus
Mortis confractis viribus
Fideles liberantur.

Responsoria.

1. Lux, ecce, surgit hodie
Magnae solemnitatis,
Laudum libantur hostiae
In ara puritatis,
Ne tantae dona gratiae
Afferantur ingratis.
- V. Laete psallant ecclesiae
Laudantes regem gloriae
Pro donis sibi datis.
2. Dum leonis immanitas
Latet sub agni vellere,
In insontem atrocitas
Insanit prolis viperae,
Justi latus iniquitas
Letali fudit vulnere.
- V. O mira ferri sanctitas,
Quod vibratur hoc latere,
Quo vulnerata caritas
Satisfecit pro scelere.
3. Christus in patris vinea
Pro nobis vapulavit,
Dum fructum gens erronea
Petitum denegavit,
Insontis latus lancea
Crudelis perforavit.
- V. Felix cuspis est ferrea,
Qua confossum a framea
Fideles liberavit.

In 2. Nocturno.

Antiphona.

1. Carnis indutus trabea
Corona Christus spinea
Pro nobis coronatur,
Haec est praeclara galea,
Qua hostis horret framea
Et caedes hebetatur.

Responsoria.

1. Aeterni tabernaculi
Rex et redemptor saeculi
Vilescit insensatis,
Indutus forma servuli
Spinis coronant aemuli
Dominum majestatis;

- V. Haerent in carne stimuli
Spinarum, sordes populi
Fert liber a peccatis.
2. Occidentem
illustrat oriens
Verum solem
nobis adjiciens,
Spem vincendi,
coronam largiens.
- V. Victor Christus
arma victoriae
Suae nobis
transmisit hodie.
3. De torrente
bibens miseriae
Exaltavit
caput rex gloriae
Coronatum
spinis angustiae.
- V. Regnaturos
debet angustia,
Ut corona
monet materia.

In 3. Nocturno.

Antiphona.

1. Crucis, corona spinea
Sacroque ferro lanceae
Honorem impendamus,
Haec sunt vexilla regia,
Per quae corona gaudia
Perpetuae speramus.

Responsoria.

1. Felix spina,
per cuius stimulum
Sanguis exit,
qui salvat populum,
Recolamus
agnum anniculum.
- V. O quam felices
sunt istae spinae
Vernantes agni
roseo sanguine.

2. De coronis exodi
Mystice canamus,
Viam nostri commodi
Tropice pangamus,
Quorum sit memoria
Pro corona gloria.
- V. Nova lex praejudicat,
Transierunt vetera,
Spiritus vivificat,
Sed occidit litera.
3. Si virtutum gradus isti
Te sustollunt, miles Christi,
Te prudenter provehis,
Cor fidele, gaudeas
Et praemissis studeas
Coronari lanceis.
- V. Arcam, mensam et altare
Debes in te deportare
Cum coronis aureis.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Spina pungens acumine,
Dum carnem Christi perforat,
Ejus nos rigat sanguine
Eique nos incorporat.
2. Spina, quae pupugerat
Patientem Dominum,
Poenitentes liberat
A punctura criminum.
3. Regis patientiam
Miles imitetur,
Ut per poenitentiam
Spinis coronetur.

Brev. Carmelitarum imp. Venetiis 1579. — Dies Officium enthält fast nur Teile, die verschiedenen anderen Officien entnommen sind, ist also ein Cento. — In 1. Noct. A 1, 3 extollamus. — R 1, 1 surgit fehlt. — In Laud. A 3, 4 Spinis fehlt. — A 4, 3 sacerdoti. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 2 omnium fehlt.

11. De Sepulchro DN.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Sedenti super Cherubim,
Sub quo et ardent Seraphim,
Sit laus cordis et oris,

4. Sacerdotes, sacerdoti
Summo benedicite
Et corona sacrae doti
Vos haeredes subdite.
5. Te laudamus, Jesu bone,
Qui certantes in agone
Confortas ex munere,
Dum honorem das corona,
Fac ex tua passione
Nos adversa vincere.

Ad Benedictus.

- A. Tu, Christe, nostrum gaudium,
Adesto nostris precibus,
Qui cum sanctorum milibus
Veniens ad judicium
Apparebis in nubibus
Coronae cultoribus
Coronandorum praemium.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O rex clementiae,
Salvator omnium,
Sola spes veniae
Post lapsum criminum,
Precamur hodie
Te sanctum Dominum,
Huic da familiae
Palmam certaminum,
Coronam gloriae
Post vitae terminum.

Qui sub lapide jacuit,
Sepeliri non horruit
Fletu magni clamoris.

2. Coepit ab hoc ergastulo
Resurgere diluculo
Terribilis et fortis,

Nempe victor de proelio
Redit fracto imperio
Atque principe mortis.

3. Sepulchrum paaelegerat,
Cum per prophetam dixerat,
Quod esset gloriosum;
Accelerant quam plurimi
Et venerantur cernui
Miraculis famosum.
4. Suspensus in patibulo,
Horrendus in spectaculo
Deponitur in tumba,
Functus Joseph obsequio
In sindone continuo
Involvitur permunda.
5. Hic requievit sabbato
Sicut et a principio,
Quando terram fundavit,
Completo jam senario
Opere facto vario
Perfecte consummavit.

Ad Magnificat.

- A. O moeror et gaudium,
O judex aequus daemonum,
Tu summae militiae
Caput et romphea
Igneas, praesentibus
Clare monstratum patribus
In solari specie;
Luxit quae gens rea,
Per te rupta vincula,
Tabescunt antra ferrea,
Requievit spiritus
Patrum antiquorum;
Tuis adsta filiis,
Pater, semper in proeliis,
Nam increscunt insultus
Saevarum ferarum.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Regi pugnanti gloria,
Qui ad horam succubuit,
Ut majori Victoria
Resurgeret, cum floret.

In 1. Nocturno.

Antiphona.

1. Hic rex in horto ponitur
Vere deliciarum
Fructumque praebens vescitur
In terra animarum.

Responsaria.

1. Postulant viri sanguinum
Sepulchrum custodiri,
Vallant corpus dominicum
Mox satellites diri,
Peroptantes propheticum
Edictum impediri.
- V. Arma quaerunt et annulum,
Ut sacrum signent tumulum,
Quem volunt communiri.
2. In matris fervet anima
Luctus praecordialis,
Cujus depascit intima
Dolor exitialis,
Facta tamquam peripsima
Ut martyr triumphalis.
- V. Lamenta crescunt maxima,
Inter omnes ut victima
Sit ipsa principalis.
3. De cruce dum deponitur,
Ut detur sepulturae,
Prius perpios ungitur
Corpus mirae statuiae,
Inter manusque tollitur
Ad stratum petrae durae.
- V. Praeses ad funus flectitur,
Quasi jure conceditur
Imperantis censurae.

In 2. Nocturno.

Antiphona.

1. Prostratum jam mirificat
Plus cunctis Deus pater,
Quem in antro signaverat
Judea furens mater.

Responsoria.

1. In alieno mittitur
Tumulo corporali,
Nam pro multorum moritur
Salute generali,
Novus in novo conditur
Solus more regali.
- V. Quam similis efficitur
Portae templi, quae clauditur,
Et ventri virginali.
2. Jacet caro deifica
Coacta synnomia
Pietatis ac unica
Disrupta harmonia,
Armatorum terrifica
Stipatur militia;
- V. Trecenta plus et publica
Vulnera sunt extrinseca,
O quae ignominia.
3. Fornax amoris frigidus
Victor humi succumbit,
Pallens nitore floridus
Caesus fortis confregit,
Victa jam morte squalidus
Taetra lustrans perfundit.
- V. Exsanguis est et gelidus,
Exanimis et torridus,
Et robustos constringit.

In 3. Nocturno.

Antiphona.

1. Cor et verba malitia
Plena sunt armatorum,
Veram causa pecuniae
Negant more stultorum.

Responsoria.

1. Exstinctum verbi organum
Verissime monstratur,
Intra sepulchri gremium
Lapide claudebatur,
Quasi mortis dominium
Subesse videbatur.
- V. Sed nondum lapsum triduum,
Vita se promit iterum
Triumphusque probatur.

2. O coeleste mysterium,
Quo caligat indago,
Cum mortem non jam mortuum
Devorat haec vorago,
Dum mortis palatum
Fit vitae propago.
- V. Haec abortivum concipit
Et vivum inde parturit,
O qualis est imago.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Quam dulcis haec solemritas,
In qua refugit veritas
Sanctae resurrectionis,
Nam prostrata infirmitas
Revixit et mortalitas
Virtute unionis.
2. Hic resurgendo splenduit
Funestos hostes terruit,
Fit inde stupor malis,
Moles terrae concutitur,
Lapis confestim volvit
Angeli per vigorem.
3. Tres plectuntur suppicio,
Necantur crurifragio
Latrones scelerati,
Os agni non confringitur,
Sed integer reponitur
In antro tumulari.
4. Jonas in ventre clauditur,
Propheta dum deglutitur
A cete monstruoso,
Hoc signo agnus utitur,
Nam et Christus praefigitur
Actu miraculoso.
5. Laudet redemptus Dominum,
Perpendens tantum pretium
In vexillo regali,
Et veneretur tumulum,
In quo quievit, conditum
Pigmento virginali.

Ad Benedictus.

A. O quanto desiderio
 Praestolabant auxilio
 Languentes apud inferos,
 Promentes luctus amaros
 Pro adventu Christi.
 Te jacente exanime
 In sepulchro depositum
 Quoad corpus, de funere
 In regali effigie
 Jesu, descendisti.
 Tu nos de lacu eripe,
 Chaos confringe criminum,
 Qui tartari praevalide
 Clastra intravisti.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O regem mirabilem
 Signis et prodigiis,
 Terrores cum daemoniis
 Quoslibet pellentem,
 Dat ausum sanctis patribus
 Jam confractis vectibus,
 Fortiter pugnantem,
 O desiderabilem,
 Qui moestos sic laetificat,
 Sed cum multos vivificat
 Mortuos testantes
 Jam triumphalem transitum
 Et regni imperium,
 Ubi sunt laetantes.

Brev. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Parisin. 1274. A. — Brev. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Parisin. Nouv. acq. 116. B. — Brev. ms. Brivacense saec. 15. (Privatbesitz.) C. — In 1. Vesp. A 4, 1 est patibulo AB. — A 4, 2 in fehlt AB; exceptaculo B. — A 4, 5 sq. continuo involvitur fehlen B. — A 5, 1 acquievit B. — Ad Magn. A, 3 Tuum summae A; Tamen summae B. — Ibid. 7 solari spem AB. — Ibid. 8 rea fehlt ABC. — In 1. Noct. A 1, 1 Haec AB, rex fehlt A. — A 1, 2 Fructum quaerere noscitur BC. — A 1, 4 Nostrarum animarum BC. — R 2, 1 Ibi matris AB. — R 2, 6 Ut mater BC. — R 3, 7 Preces ad funus C. — In 2. Noct. R 1, 1 In aliquo immittitur A. — R 1, 3 und 4 fehlen A. — R 1, 6 modo regali A. — R 2, 2 Cocta AB; cynomia ABC. — R 2, 8 Millena sunt intrinseca A. — R 2, 9 O fehlt AB. — R 3, 4 Celsus fortis B; Fortes sensus confregit C. — R 3, 5 Vita jam AB. — R 3, 6 Terra lustrans C. — R 3, 7 Exsanguis exstat et ABC. — In 3. Noct. A 1, 3 causa peccamine AB. — A 1, 4 in ore stultorum A; jure stultorum B. — Als drittens R wiederholt C das zweite R der zweiten Nocturn mit einigen Abweichungen: Jacet caro deifice In sepulchro condita, Compagine mirifice . . . harmonia, Armatorum mirifice Vallo est communita. Trecenta plus et publica Vulnera sunt extrinseca, O quae ignominia! — In Laud. A 3, 6 In antro tumuli AB; der Reim würde tumulati fordern.

12. De Sepulchro DN.

1. Gaudeat ecclesia
 psalmorum dragmate fusca,
 Festa solens Christi
 saci sub honore sepulchri.
2. Hujus splendorem
 praesignavit Deus ante,
 Septima namque die
 requiescere coepit ubique.
3. Septima jussa dies
 celebrari valde per omnes,
 Sabbata cesserunt
 actu pellente figuras.
4. Ut genus anthropicum
 Noe conservavit in arca,
 Omnes sic meruit
 Christi nos condere tumba.

5. Protege, Christe Jesu,
damnandae mortis ab actu,
Tumbam quique tuam
veneramur laudibus aptam.

R. Exulta, Sion,
quia gaudebat vetus Hebron,
Claudens ossa trium
Domino praestante virorum,
Corpus sola tuo
Christi cum claustris antro.

V. O Christi tumba
contactu sanctificata,
Mox virtute tua
benedicito corpora nostra.
Gloria sit patri,
saneto cum pneumatte proli,
Una quibus bonitas,
sapientia, summa majestas.

Ad Magnificat.

In brachio patris est
facta potentia fortis,
Mortuus ut tumbam
praecondiret in almam,
Qui vitam caelis
vitam potuit dare terris,
Ut Dominus patribus
Abraham fuit ante locutus.

Ad Completorium.

Super Psalmos.

A. Samson ex turbis
portas vi abstulit urbis,
Quem lapis intexit
propria vi sic Jesus exit.

Ad Nunc dimittis.

A. Propter, Christe, tuum
rege nos hac nocte sepul-
chrum.

Brev. ms. Wratislaviense saec. 15. Cod. Civit. Wratisl. M 1155. — Der Rest des Officiums ist leider ausgerissen; in andern Handschriften aber bin ich demselben nicht wieder begegnet.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

En, mortis, vitae
regi jubilare venite,
Mortuus in sacro
requievit et ipse sepulchro.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Crypta Dei, salve,
dulcis super omnia Christi,
Protege nos, salva,
nos dirige, crimine calva.

2. Et per virtutem
Christi tu redde salutem,
In te qui jacuit,
in te qui morte quievit.

3. Nos, qui te laudant,
libera, ne morte secunda
Damnet Styx atra,
spirans a crimine munda.

Responsoria.

1. En, Christi tumulum
Joseph cisterna figurat,
Excipit hunc Judas,
propria vi Christus abibat;

V. Vivus ille vadit,
pius hic a morte resurgit.

2. Deferri corpus
mandat Joseph ab Aegypto,
Patres circa suos
claudatur ut ille sepulchro,

V. Ut surgente Deo
cum Christo surgat ab antro.

13. De beata Maria V.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O domina clarissima,
Stella maris splendissima,
Destitutorum solatum,
Errantium viaticum,
Voces tuorum pauperum
Ne repellas in saeculum.

V. Praeduce te patriam
tendimus ad superam.

3. Splendida nocte dies
et consolatio dives,
Illustra, releva
moerentes, sancta Maria,

V. Extremae vitae
pavidam dum claudimus
horam.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Ad portum vitae
redeuntes, ecce, venite,
Stella maris rutilat,
hanc reus adspiciat.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgo Deo plenissima,
Ad nos tua praesidia
Misericors propitia
Converte, sancta Maria.
2. Te genitricem splendidam
Confitemur et unicam
Aeternae sapientiae,
Sancta Maria, respice.
3. Deterge nostra vulnera
Corda sanans languentia,
Cui aegra clamat anima:
Succurre, sancta Maria.

Responsoria.

1. O spes divina,
via tuta, potens medicina,
Porridge subsidia
miseris, o sancta Maria,
- V. In te gaudemus,
per te commissa dolemus.
2. Lux indeficiens,
venerabile sidus et ingens,
Illucesce pia
relevandis sancta Maria,

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quibus te, virgo, laudibus
Attollere poterimus,
Quoniam sordent eloquia
Et actus, sancta Maria.
2. Emunda conscientiam,
Conserva innocentiam,
Fidem in nobis robora,
O theotocos Maria.
3. Mentes nostras castifica
Tranquilla donans tempora,
Misericors propitia,
O theotocos Maria.

Responsoria.

1. O clemens domina,
o desperantibus una
Culparum venia
largissima, sancta Maria,
- V. Per te vivamus,
ad te per te veniamus.
2. Vera Dei genitrix,
humanae stirpis amatrix,
Ex te justitia
processit, sancta Maria,
- V. Quae damnum reparat,
quod prima propago pararat.
3. Adspice flebilium
supiria crebra tuorum
Perpete pro vita
pulsantum, sancta Maria,
- V. Attrahe, duc, vegeta,
venientes suscipe, serva.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Immaculata mansio
Effecta Dei filio,
Antiqua nobis cantica
Mutasti, sancta Maria.
2. Ecce, novum tibi melos
Renovati concinimus,
Nova adepti gaudia
Per te, o sancta Maria.
3. Exaudi nostra carmina
Acta delens peccamina
Et bona reddens perdita,
O sanctorum sanctissima.

Responsoria.

1. O coeli porta
nova spes mortalibus orta,
Duc, refove, satia
properantes, sancta Maria,
- V. Ad te respicimus,
quam tota mente sitimus.
2. Oramus, domina,
carnis quos crebra ruina
Allicit ad vitia,
releves, o sancta Maria,
- V. Parce libens miseris,
quae cunctorum misereris.
3. O requies, o lux,
o clementissima redux,
Ad vitam repara
morientes, sancta Maria,
- V. O dulcis genitrix,
reparatrix, propitiatrix.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. O mater regis filii,
Cujus regni non est finis,
Felix dies ortus tui,
Qua illuxisti saeculis.
2. Per te lugens in tenebris
Splendorem veri luminis
Mundus recepit perditus,
Totus errori deditus.
3. Laudant te nostra labia,
O virgo sacratissima,
Qui in velamento tuarum
Nunc exsultamus alarum.
4. Coelum, mare et arida
Te benedicant, domina,
Nosque et nostra omnia
Benedic et sanctifica.
5. Collaudent Deum omnia
In matre sacratissima,
Cujus honori debitum
Persolvimus obsequium.

Ad Benedictus.

- A. O angelorum gloria,
O pietatis viscera,
Subveni nobis, domina,
Plena misericordia,
Qui sedemus in tenebris
Ad te directis oculis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O vere beata virgo,
Te omnis generatio
Praedicat, diligit, laudat
Et advocatam invocat,
Interventrix esto pia
Pro nobis, sancta Maria.

Brev. ms. Trevirensse saec. 12. Cod. Treviren. 428. add. saec. ¹³/₁₄.

A. — Brev. ms. Montis s. Mariae saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helm. 319. B. — Antiph. ms. S. Ludgeri Helmstadien. (?) saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Nov. 310. C. — In 1. Vesp. haben BC fünf AA, von denen die erste O domina clarissima etc. Die vier andern lauten:

1. Suscipe, domina nostra,
Devoti cordis munera,
Quae tuo defer filio
Cum pio patrocinio.

2. De mundi hujus pelago
Clamamus corde contrito:
Tu nobis portus et via,
O stella maris Maria.

Dafür fehlt beiden eine **A** ad Magnificat. — In 1. Noct. **A**, 2, 4 Nos, virgo pia, respice AB. — Die Ordnung der **RR** ist eine andere in A, u. z. schwerlich die ursprüngliche. In der 1. Nocturn folgen sich die **RR** 1. O spes divina etc. 2. Lux indeficiens etc. 3. O clemens domina etc. In der 2. Nocturn: 1. Vera Dei genitrix etc. 2. O coeli porta etc. 3. Oramus, domina etc. In der 3. Nocturn stehen drei RR. von anderem Baue:

1. Sacratissima virginum,
Corruptae mentis oculum
In te rei defigimus
Et protegi deposcimus,
V. Te lacrimis, precibus,
mater pietatis, adimus.

3. Immundos peccati sorde
Lava puritatis fonte,
O vena salubris, pia,
Vitro purior Maria.

4. Collaudemus nunc canticum
Benedicendo Dominum,
Floristi in gratia
Per partum, sancta Maria.

In 1. Noct. **A**, 2, 4 Nos, virgo pia, respice AB. — Die Ordnung der **RR** ist eine andere in A, u. z. schwerlich die ursprüngliche. In der 1. Nocturn folgen sich die **RR** 1. O spes divina etc. 2. Lux indeficiens etc. 3. O clemens domina etc. In der 2. Nocturn: 1. Vera Dei genitrix etc. 2. O coeli porta etc. 3. Oramus, domina etc. In der 3. Nocturn stehen drei RR. von anderem Baue:

2. O spes nostra et gaudium,
Singulare refugium,
O sola salus omnium
Te caste diligentium,
V. Salve, salvatrix
et lapsorum reparatrix.

3. Gaude, regina praepoteus,
Aeterna luce praenitens,
Gaude, coelorum domina,
O virginum pulcherrima,
V. Fac nos laetari
faciemque tuam speculari,
Plenam virtutis
dulcedinis et pietatis.

In 3. Noct. **A** 1, 1 Ecce nomen tibi B. — **R** 1, 1 O fehlt B. — **R** 2, 3 Dejicit ad vitia BC. — In 2. Vesp. hat A eine andere **A** ad Magn.: Ave, mirabilis stella maris, cuius infans in lacte matris minoratus ab angelis te humilem ancillam facit angelorum dominam.

14. De beata Maria V.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Me dignare te laudare,
Virgo sacratissima,
Cui praeclare psallunt mare,
Tellus et altissima,
O Maria.
2. Da virtutem, da salutem
Contra mortis stimulos,
Ut non nutem, sed confutem
Pravos tuos aemulos,
O Maria.
3. Genitrici Dei dici
Laudem laus est illius,
Qui humanatus est dignatus
Esse tuus filius,
O Maria.

4. Virgo, gaude, omni laude
Felix et dignissima,
Fac nos laetos tecum fretos
Vita beatissima,
O Maria.

5. Ubi semper gaudes inter
Angelorum agmina,
Haec sincere fac placere
Deo nostra carmina,
O Maria.

R. Sol innocentium lumine
Per vitrum vibrat radium,
Sic te illustrans numine
Non laesit factor omnium,
Cum nascens ex te virgine
Non sprevit tuum gremium;
V. Felix, quae Christi
mater fieri meruisti.

Ad Magnificat.

- A. Salve, virgo, quam mystice
Virgam stirpis Davidicæ
Vocavit prophetia,
Tu nos benigna respice,
Tu Jesum nobis effice
Benignum, o Maria.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- In psalmis et jubilo
Exsultemus sedulo,
Virginis sit filio
Laus coelorum domino.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Salve, rosa, quae non habes
Spinam, nec peccati labes
Ulla tibi nocuit,
Inde vernans sine fine
Decor omnis disciplinae
Decenter emicuit,
O Maria.

2. Non condigne te mirari
Et laudando venerari
Valet omne saeculum,
Nam benignae caritatis
Et perfectae bonitatis
Tu es orbi speculum,
O Maria.

3. Sola digna dono tali,
Quod in tuo virginali
Ventre parvus jacuit,
Christus quia in te sibi
Melius, quam possit scribi
Vel dici, complacuit,
O Maria.

Responsoria.

1. Maria, domi parvula,
Intus in cordis arula
Conscendisti ut virgula
Fumi ex aromatibus,

- Vovens aetate primula,
Quod esses Dei famula,
O angelorum aemula
Virtutum carismatibus,

V. Exemplum vitae
sanctæ das omnibus rite.

2. Ardore sancti spiritus
Inflammata divinitus
Es concremata penitus
In holocaustum Domini,
Sic praeparata primitus,
Ut solemnis et inclitus
Esset in te accubitus
Regi Deo et homini,

V. Inde supra morem
nardus dare coepit odorem.

3. Auctore, cui te voveras,
Ad illas sedes superas
Ingressum nobis praeparas,
Porta beatitudinis,
Illuc tecum nos inferas,
Ubi nunc solem superas,
Immo coelis jam imperas,
Regina pulchritudinis;

V. Quae caneris laude
celebri per saecula, gaude.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Stella Jacob prophetata
Et Maria nuncupata
Es vero praesagio,
Coeli decus mundo lucens,
Salva, serva nos educens
De mundi naufragio,
O Maria.

2. Maris stella, te rogamus,
Qui sub nocte navigamus
In procella saeculi,
Portum, ad quem suspiramus,
Da ope, in quem speramus,
Tui quondam parvuli,
O Maria.

3. Ut te simus intuentes,
Piam nobis te praesentes
Mortis sub articulo,

Ut de carne hac soluti
Te sequamur, tecum tuti
Ab omni periculo.

Responsoria.

1. Ave, virgo singularis,
De superno visitaris,
Digna digne salutaris
Ore archangelico,
Jam beata praedicaris
Et prae cunctis honoraris,
Quae in matrem consecraris
Dei patris unico,
- V. Omnis virtutis
paradisus et aula salutis.
2. Cum de partu conveniris,
Modum quaerens expediris,
Deo credens insigniris
Arrha data coelitus ;
Exornata modis miris
Sponsa sponso mox potiriis,
Gaudens multo, quo fulciris,
Dono sancti spiritus ;
- V. Auro vestiris
intus varioque amiciris.
3. Templum in te ordinatur,
In quo verbum incarnatur,
Ad quod supplex inclinatur
Tota coeli curia,
Quae cum tibi collaetatur,
Te frequentans nuntiatur
Pax in terris et cantatur
In excelsis gloria ;
- V. Astra, solum, maria
plaudunt tibi, virgo Maria.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Carent tibi, o Maria,
Hymnum novum, mater pia,
Et omnes et singuli,
Est a Deo nobis datus
De te ille puer natus,
Quem adorant angeli,
O Maria.

2. Ex te factus nos redemit
Factor mundi, quando venit
Plenitudo temporis,
Summis Deus ima junxit,
Cum servilem ex te sumpsit
Formam nostri corporis,
O Maria.

3. Adsis clemens nobis, qui te
Veneramur et de vita
Praesentis exsilio
Nos eductos tu dignare,
Interventrix, praesentare
Christo, tuo filio,
O Maria.

Responsoria.

1. Salve, regina nobilis,
Salve, mitis et humilis,
Salve, cui nulla similis
In cunctis mulieribus,
Virtutum laude praemines,
Quae sola virgo mater es,
Et Deum inter homines
Lactas sacris uberibus ;
- V. Omnia pascentem
tu pascis et omnipotentem.
2. Laeta mater amplecteris
Parvum, qui rex est aetheris,
Et ex te nati teneris
Labellulis dans oscula ;
Ipso praedulci frueris,
Ut matres laetis pueris,
Agnosce, cui praebueris
Ulnas, sinum, cunabula ;
- V. Deliciis es facta tuis,
speciosa, suavis.
3. Salve, aurora rutilans,
Coelum, terram illuminans,
Quae consurgens de tenebris
Super astra progrederis,
Lumen aeternum bajulans,
Orbi terrae jam dominans
Et coelis facta celebris,
Quae quidvis posse crederis.

V. Spes desperatis
 ut sis, pia fons bonitatis,
 Praestat ad omne tuum
 se tibi velle pium.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Felix te partus edidit,
 Per quam mundo se reddidit
 Vita, qui cuncta condidit,
 Tibi matri se subdidit,
 O Maria.
2. Summa vitae nobilitas
 Fecit, hoc est humilitas,
 Et divina benignitas,
 Quod tanta tibi dignitas,
 O Maria.
3. Laudes et grates debitas,
 Quas nostra pangit parvitas,
 Tuo nato fac placitas,
 Cum quo in coelis habitas,
 O Maria.
4. In te, quam benedicimus,
 Christo laudem perficimus,
 Per quem dare, quae poscimus,
 Te posse recognoscimus,
 O Maria.
5. Creans cuncta divinitus
 Est carne de te genitus,
 In spem et laetos exitus
 Commutans nostros gemitus,
 Tam de terra quam coelitus
 Hunc laudet omnis spiritus,
 O Maria.

Ad Benedictus.

- A. Te virga nuce gravida
 Signat, quae prius aruit,
 In qua ex Adam tabida
 Caro nostra refloruit,
 Christo surgente vivida
 Scandens coelos apparuit,
 Nunc super solem splendida
 Jam toti mundo claruit,
 O Maria.

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Mater Dei et hominis,
 Ut nos, qui tui nominis
 Hic agimus memoriam,
 Ad sempiternam gloriam
 Post hujus vitae terminum
 Perducat, ora Dominum,
 Tunc nobis tuis famulis
 Detur cum sanctis angelis
 Et tecum tui filii
 Dulci adspectu perfrui.
 O Maria.

Alia Antiphona.

Imber coeli te compluit,
 Supernus ros te imbiuit,
 Summa virtus excoluit,
 Et protulisti florem,
 Per quem homo, qui corruuit,
 Recepit ac reinduit
 Splendidius, quam habuit.
 Virtutem et decorem,
 O Maria.

Responsoria.

1. Fons, unde salus profuit,
 Quae mundi scelus abluit,
 Qua Deus in se tribuit
 Spem vitae peccatori,
 Interpellet, quem genuit,
 Qui propter nos non renuit
 Pati, tandem sustinuit
 Pendens in cruce mori,
- V. Inclita coelorum
 regina, patrona reorum.
2. Maria, stella splendida,
 Per quam mundo innotuit,
 Lux vera plena gaudio,
 Lux nescia crepusculi,
 Tamquam in nube candida
 In tua carne latuit
 Procul omni contagio
 Conceptus auctor sae-
 culi,
- V. Inde novo partu
 quasi sol prodivit in ortu.

3. Hortus virtutum omnium,
Ferens salutē hominum
Lignum vitae et balsamum,
Spirans coeli delicias
Nos hic et in perpetuum

Brev. ms. Montis s. Mariae saec. 15. Cod. Guelfenbyteran. 353, Helm.
319. A. — Hymn. ms. Montis s. Mariae saec. 13. Cod. Guelfenbyteran. 1257.
Helm. 1150. B. — In B sind die AA der ersten Vesper bis zu der ad
Magn. ausgeradiert. Die drei am Schlusse aufgeführten überzähligen BB fehlen
in A und stehen in B hinter der A ad Bened. Das dritte derselben ist augen-
scheinlich später von einem anderen Verfasser gemacht. Dasselbe gilt von
einigen AA, welche in A nach Schluss des Officiums folgen und hier weg-
bleiben.

Praestans vitam et gaudium
Per hunc fructum dulcissimum
Ventrī tui reficias,
V. Quo delectati
vivunt sine fine beati.

15. De beata Maria V.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Ave, mater, virgo pura,
Cujus mens ad carnis jura
Nulla se impegit cura.
2. Laus sit tuae pietati,
Per quam primae caritati
Reddimur configurati.
3. Ave, virgo consecrata,
Verbo patris confirmata
Super Seraphim locata.
4. Sicut hiems servat laurum
Et ut limus reddit aurum,
Sic coelestem fert thesaurum.

5. Incarnata deitas
Psallat in Maria,
Virginis fecunditas
Plandat symphonia.

- R. Praebe, mater, filio
Pectoris mamillas,
Vultu nos propitio
Cernat ut per illas;
- V. Vulnera pande patri,
Jesu pie, consona matri.

Ad Magnificat.

- A. Salve, germen gloriae,
Nobilis Maria,
Salve, vena veniae,
Dulcis theoria;

Salve, florens vinea,
Vitis speciosa,
Salve, regum linea,
Reginarum rosa;
Salve, quam absorbuit
Impetus doloris,
Quo in cruce stupuit
Vita redemptoris.
Crucis hoc intuitu
Salva nos gementes
Et contrito spiritu
Tibi servientes.

A d Matutinum.

Invitatorium.

In honore virginis
Christum adoremus
Et nutricem luminis
Psalmiss jubilemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Angeloram dominus
Matris implens pectus
Angelis paulo minus
Minor est effectus.
2. Ponens tabernaculum
In splendore solis
Expiat piaculum
Adaminae prolis.

3. Princeps pacis atrium
 Virginalis claustrum
 Soli Deo pervium
 Flatu perflat austri.
 Responsoria.
1. Ab aeterno virginem
 Conditor creavit,
 In qua totum hominem
 Sabbato curavit.
- V. Trinae machinae
 deitas et origo Mariae.
2. Lumen sine pondere
 Coelitus gerebat,
 Tali felix onere
 Genitrix plaudebat;
- V. Clara figura patris
 replet intus viscera matris.
3. Firmamentum solida
 Continet fluenta,
 Sic in matre fulgida
 Latent sacramenta,
- V. Extendens velum
 claudit subaenigmate caelum.
- In 2. Nocturno.
 Antiphonae.
1. Hominum piae filii
 Specialis formae,
 Matris haeret labiis
 Dux regalis normae.
2. Sacri ventris medium
 Deus irroravit
 Et per puerperium
 Cor sanctificavit.
3. Felix habitatio,
 Civitas fidelis
 Cujus beneficio
 Pascitur in caelis.
 Responsoria.
1. Sub olivae folio,
 Quod columba defert,
 De coelesti solio
 Pacem veram praefert,
- V. Virgo parens diva
 viridi pubescit oliva.
2. Solitudo germinat
 Saeculis frumentum,
 Virgo luctum terminat
 Vitae dans clementum,
- V. Qui cibus est caeli
 populo datur esca fideli.
3. Manna fert dulcedinis
 Arca testamenti,
 Mater vas pinguedinis,
 Virtus est pigmenti,
- V. Floris virga parens
 sic vernal primitus areus.
- In 3. Nocturno.
 Antiphonae.
1. Dignitas ecclesiae
 Claret in Maria,
 Quam de throno gloriae
 Visitat sophia.
2. Pura coeli species
 Decus est stellarum,
 Sic Mariae facies
 Lux est animarum.
3. Salutare gentium
 Dominus revelat,
 Intra matris gremium
 Carne sese velat.
- Responsoria.
1. Septem uno calamo
 Pullulant aristae,
 Virginali thalamo
 Tropus ludit iste,
- V. Septupla spica sacro
 pinguescit lota lavacro.
2. Gaudens privilegio,
 Virgo singularis,
 In communi filio
 Deo sociaris,
- V. Patris es nurus,
 pro nobis sis, pia, murus.

3. Regia progenies
Illustrata sole,
Leva lapsos septies
Nos cum sacra prole,
V. Posce piis dona
regni mediante corona.

Fortes nexos contere
Durae servitutis,
Qui nos ligant temere
Captos a versutis,
Compedes exsilii
Rumpens nos tuere,
Vultui nos filii
Satagens parere.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Laudis et laetitiae
Pallio vestitur
Fons misericordiae,
Sceptro redimitur.
2. Atria fidelium,
Jubilate Deo,
Praesumentes gaudium
Hic in jubilao.
3. Nomen ut audivimus
Summi patris nati,
Sic per matrem vivimus
Gratia fundati.
4. Ejus benedictio
Super nos firmetur,
Qui de matris gremio
Maestis miseretur.
5. Laudet omnis spiritus
Genitricem Dei,
Per quam cedit gemitus,
Crescit vigor spei.

Ad Benedictus.

- A. Ave, sidus saeculi,
Titulus salutis,
Spes et amor populi,
Speculum virtutis,

Ad Primam.

- A. Gaude, Sion filia,
Vitae disciplina,
Matrum vincens milia
Dote seraphina.

In 2. Vesperis.

- R. Virginalis thalamus
Angelis ornatur,
Matris alvo calamus
Coeli reclinatur,
V. Per Gabrielis Ave
fit onus sine pondere suave.

Ad Magnificat.

- A. Septiformis munera
Per infusionem
Alvus tumet virginis,
Trinam unionem
Ubi carni spiritus
Miscens in secreto
Uteri, divinitus
Parit usu spreto,
Sub servuli specie
Foeno jumentorum
Regem celans gloriae,
Lumen angelorum.

Brev. ms. Voraviense saec. 15. Cod. Voravien. 268. — „Historia de
beata Maria virgine infra festum Paschae et Pentecostes.“ — In 2. Noct.
A 2, 3 Et per ejus partum, gegen die Silbenzahl und den sonst sorgfältig
gepflegten Reim. — Ad Ben. A, 11 Vultu nos.

16. De beata Maria V.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Ecce, pulchra velut luna
Forma claret virgo una,
Ipsa mater nostri Dei,
Decantemus ergo ei.
2. Inter flores velut rosa
Praerubescit speciosa,
Sic in cunctis haec puella
Clara fulget sicut stella.
3. Thure vestis praeodorat,
Os ipsius favos rorat,
Mel et lac sub ejus lingua,
Ipsa vere est benigna.
4. Quem haec virgo generavit
Et de lacte suo pavit,
Sanctis exstat paradisus,
Sunt beati, quibus visus.
5. Haec est vere fons hortorum
Et origo gaudiorum,
Inde fluit ut aquarum
Nobis vena gratiarum.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

In jubilo dici
debet laus Mariae genetrici,
Quae parit absque viro
verbum patris ordine miro.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hoc est nomen, quod miramur,
Te, quem Deum protestamur,
Incarnatum veneramur.
2. In hac forma tam exili
Tu procedis, patris fili,
Tamquam sponsus de cubili.
3. Valvae matris integrales,
Nullo viro subjugales,
Hae sunt portae aeternales.

Responsoria.

1. Ave, porta Domini,
quae nunquam aperta,
Tu aeterni luminis
mater es reperta,
Castitatis gloria
permanente certa.
5. Ipsum solem clarae lucis
Incarnatum orbi ducis.
2. In extremo tempore
nobis revelare
Cum hoc dulci titulo,
quo praenominare,
Mater misericordiae,
cura nos salvare.
5. Adsis, pia, nostrae morti
Nos sanctorum jungens sorti.
3. Quamvis sanctos angelos
habes servitores,
Nos tamen recipias
servos peccatores
Propter tuos humiles,
o regina, mores.
5. Imperatrix angelorum,
Duc ad regnum nos polorum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Partu felix illibata
Stat regina coronata
In vestitu deaurata.
2. Sicut psalmus hic testatur,
Dei vultu adjuvatur,
Quem in regno contemplatur.
3. Digne cunctis praeferenda,
De te, virgo reverenda,
Gloriosa sunt dicenda.

Responsoria.

1. Ave, summi Domini
sponsa Sunamitis,
Inter omnes nobiles
es prae cunctis mitis,

- Eximens Theophilum
potestate Ditis,
V. Salva tua nos virtute
De peccati servitute.
2. Virgo, decus saeculi,
clara stella maris,
Pulchra tua species
fulgor ut lunaris,
Praelecta omnibus
ut sol luminaris,
V. Famulantes tibi nosce
Et pro nobis Deum posce.
3. Te, quam tuus filius
nil negans honorat,
Christianus populus
devotus implorat,
Virgo mater, impetra
illud, quod exorat,
V. Iuva prece tu materna,
Quod ducatur ad aeterna.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Eja, mater, gratulare,
Digna Deum generare,
Plaudant astra, solum, mare.
2. Haec est illa coeli porta,
Per quam justis lux est orta,
Umbris ullis non retorta.
3. Dum haec virgo gravidatur,
Salutare revelatur,
Per quod mundo salus datur.

Responsoria.

1. O lateina fulgida,
in qua illud lumen
Gloriose latuit,
quod coeli cacumen
Jam illustrat, omnia
regens ejus numen;
- V. Tua prece adjuvemur,
Quod hoc idem contemplemur.
2. Pulchrae sicut tururis,
virgo, tuae genae,
Collum ut monilia
fabricata bene,

- Quique te perspicient,
exsultabunt plene;
V. Nos admitte te videre,
Ut queamus congaudere.
3. O praerubra rosa,
mater Domini speciosa,
O virgo mitis,
o fecundissima vitis,
Clarior aurora,
pro nobis omnibus ora,
V. Ut salvi simus,
hac dum de carne venimus.

In Laudibus.

Ad Benedictus.

- A. Tu cunctorum rerum sator,
Visitare nos, dignator,
Et da nobis adjutricem
Tuam sanctam genitricem,
Qna in pace dirigamur,
Ut ad coelos perducamur.

Per Horas.

Ad Primam.

- A. O Maria praedecora,
Solis stella et aurora,
Pro peccatis, corda rora,
Ut fleamus, dum est hora.

Ad Tertiam.

- A. Christi mater, virgo pura,
Bonum finem nobis cura,
Ne damnemur in censura
Propter nostri mali jura.

Ad Sextam.

- A. O praeclara maris stella,
Mater Dei, verbi cella,
Tu pro nobis interpellat,
Ne involvat nos procella.

Ad Nonam.

- A. Praesignata virga Jesse,
Montis Sion o cypresse,
Velis semper tu adesse
Nobis, quia est necesse.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Virgo, quae cunctis praelata
Ipsum, a quo es plasmata,
Inaudito modo miro

Genuisti sine viro,
Neque primam nec sequentem
Habes tibi ascendentem;
Tanta laude sublimata,
Esto nobis advocata.

Cod. Graecen. 257. saec. 15. — „Officium de beata virgine Maria, quaque die volueris.“ — Prosaisch sind die A ad Magnif. in der ersten Vesper und die fünf AA super Psalmos in den Laudes. Vielleicht sind die AA der kleinen Horen die ursprünglichen Laudes-Antiphonen; es wäre dann eine abhanden gekommen. — Ad Matut. Invitat. 2 debet laus virginis Mariae. — In 2. Vesp. ad Magnif. A, 1 Virgo cunctis praelara.

17. De beata Maria V.

Lectio I.

1. Mole gravati criminum,
Regina, mater omnium,
Confugientes poscimus,
Adesto nostris precibus.
2. Aeterne vitae janua,
Aurem nobis accommoda,
Per quam spes vitae rediit,
Quam Eva peccans abstulit.
3. Virgo materque judicis,
Vitam deposce famulis
Et poenitendi spatia
Nobis, oramus, impetra.
4. Exaudi, virgo virginum,
Nobis confer solatium,
Ut perpetrata nequiter
Purgemus efficaciter.

Lectio II.

1. Vere virgo post genitum,
Exaudi preces supplicum,
Et quid poscenti Dominus
Tibi negavit filius?
2. Si tantum velis; domina,
Delentur nostra crimina,
Quapropter te praecipue,
Servos, oramus, respice.
3. Te orante, sanctissima,
Sanctorum orant agmina,
Si te aversam praevidebit,
Coelestis ordo conticet.
4. Per te, mater sanctissima,
Nobis donetur gratia
Tuisque sanctis precibus
Concilietur Dominus.

Lectio III.

1. Sancta Maria, respice
Precesque nostras suscipe
Et peccata praeterita
Nobis remitti obsecra.
2. Exaudi, virgo virginum,
Pro nobis ora filium,
Futura mala prohibe
Miserisque compatere.
3. O virgo, mater Domini,
Preces attende populi,
Per te cleri criminibus
Ignoscens parcat Dominus.
4. Virgo gloriosissima,
Vota comple feminea
Nosque post vitam fragilem
Ad veram perduc requiem.

Brev. Wratislaviense imp. s. l. et a. A. — Viaticus Wratislaviensis imp. Venetiis 1499. B. — Viaticus Wratislaviensis imp. Venetiis 1501. C. — Lect. I. 1, 3 Confugientes deposcimus A; Ad te consurgententes poscimus BC. — Lect. II. 1, 3 Et fehlt C. — 4, 4 Reconcilietur ABC.

— 50 —

18. De Beata Maria V.

Die Dominica.

Ad Magnificat.

- A. O felix virgo virginum,
Concepta mirabiliter,
Da mentibus fidelium
Laudare te sinceriter.
R. Cursu naturae sterilis
Anna mire dum concipit,
Lapsus parentis veteris
Reparari tunc incipit.
V. De coelo datur filia,
Ut vetera contagia
Purget humani generis.

Prosa 1.

1. Ex David semine
proles concipitur,
Quae sancto flamine
Repleta creditur
Matris in utero.
2 Fert mundo gaudia
Virgo, dum nascitur,
Patrum prosapia
Clara progreditur,
Dans lucem saeculo.
3. Gabriel nuntius
Pandit mysterium,
Virginis uterus
Concipit filium
Sacro spiramine.
4. Cum tempus advenit,
Haec parit puerum,
Quem pater genuit
Ante luciferum,
Sine gravamine.
5. Haec legis debitum
Implet cum studio,
Dum ex se genitum
Praesentat Domino,
Pro quo dat hostiam.
6. Regnat feliciter
Mater cum filio,
Quem laudat jugiter
Nostra devotio.
Amen.

Prosa 2.

1. Gaude, proles,
ex Anna nasceris,
Jesse virga
es magni germinis,
Maria.
2. Gaude, virgo,
quae benediceris
Gabriele,
dum ave diceris,
Maria.
3. Gaude, praegnans,
quae prolem parturis,
Indultorem
humani sceleris,
Maria.
4. Gaude, natum
dum offerts munera
Columbarum
vel pullis turturis,
Maria.
5. Gaude, mater
ignara vulneris,
Nato passo
tu tamen pateris,
Maria.
6. Gaude, felix,
dum nato frueris
Supra coelos
assumpto, diceris,
Maria.
7. Gaudeamus,
spes nostri generis,
Pia mater,
tui dono munera,
Maria.

Die Lunae.

Ad Magnificat.

- A. De regali progenie
Refulges orta saeculis,
Nos tuo dono gratiae
Praeserves a periculis.

- R. Ex Jacob stella nascitur
Praemonstrata divinitus,
Maria nobis oritur,
Annae promissa coelitus;
V. Per dulcis et mirabilis
Sanctus et venerabilis
Ex partu cernitur.

Prosa 1.

1. Rosa veris, paradisus
Et Libanus non excisus,
Quo fragrat ecclesia,
Est Maria, mons praevius,
De quo lapis est abscisus,
Qui fregit sculptilia.
2. Sancta virgo purior,
Super omnes celsior
Ordines coelestium,
Virgo verbo concipit,
Nascitur et accipit
Aeternale praemium.
3. O Maria, fons hortorum,
Alabastrum unguentorum,
Lava, sana vulnera
Tua prece peccatorum,
Ut te duce rex coelorum
Nos ducat ad aethera.

Prosa 2.

1. Stella coeli matutina,
Sol praefulgens, lux divina,
Salve, gemma gloriae,
Culpa nostra medicina,
Rosa fragrans sine spina,
Fons misericordiae.
2. Advocata peccatorum,
Consolatrix miserorum,
Solamen debilium,
Tu praelata angelorum,
Salus, pax, vita justorum,
Tu pudoris lilyum.
3. Mater nostri redemptoris,
Omni carens vae doloris,
Firma spes fidelium,
Nos tuere cunctis horis,
Nos conjunge coeli choirs
Post praesens exsilium.

Die Martis.

Ad Magnificat.

- A. Dei mater efficeris,
Virgo Maria, coelitus,
Tu quae beata diceris,
Fac tuos vasa spiritus.
R. Maria, jam non timeas
Gabrielis oraculum,
Qui paritaram nuntiat
Te, sed assensum praebebas
Et sic salvabis saeculum,
Quod per Eam perierat;
V. Non ex viri contagio,
Sed spiritus suffragio,
Maria, gravidaberis.

Prosa 1.

1. Gaude, virgo mater Christi,
Quae per aurem concepisti
Gabriele nuntio,
Gaude, quia Deo plena,
Peperisti sine poena
Cum pudoris lilio.
2. Gaude, quia tui nati,
Quem dolebas mortem pati,
Fulget resurrectio,
Gaude, Christo ascidente,
Et in coelum te vidente
Motu fertur proprio.
3. Gaude, quod post ipsum scandis
Et est honor tibi grandis
In coeli palatio,
Ubi fructus ventris tui
Per te detur nobis frui
In perenni gaudio.

Prosa 2.

1. Virgo felix, virgo munda,
Virgo casta et fecunda,
Virgo carens simili,
Virgo digne laudabunda,
Nos illaesos fac sub unda
Pertransire saeculi.
2. Virgo virginum praelata,
Te sanctorum vox beata
Laudat in coelestibus,

Virgo, mater honorata,
Ora natum, ut peccata
Laxet te laudantibus.

3. Virgo, flos virginitatis,
Gemina summae trinitatis,
Electorum gloria,
Virgo, norma sanctitatis,
Nos conjunge cum beatis
In suprema curia.

Die Mercurii.

Ad Matutinum.

- A. Stella producens radium
Salutis atque gaudii,
Duc nos ad tuum filium,
Qui saepe sunus devii.
R. O stupor, o mystrium,
Dum virgo mater filium
Parit intemerata,
V. Pater de nata nascitur,
Homo Deus progreditur
Nostra tollens peccata.

Prosa 1.

1. Ave, mater gratiae
Finis et miseriae,
Coeli porta,
Nam fons sapientiae,
De te, flos munditiae,
Lux est orta.
2. Dum ex te lux oritur,
Hostis omnis pellitur,
Pax donatur,
Pestis ex tunc tollitur,
Deus verus colitur,
Nox fugatur.
3. Si insurgant vitia,
Haec est, ut victoria
Agnoscatur,
Nam per haec supplicia,
Quae nunc sunt immitia,
Mens purgatur.
4. Ergo, virgo regia,
Nobis haec moestitia
Fert solamen,

Jam haec stirps egregia
Tibi laude sedula
Dicat Amen.

Prosa 2.

1. Mater dulcis, mater pia,
Te laudantes hac in via
Ad te ipsam dirige,
Mater semper incorrupta,
Vitiorum quos sub lucta
Pressos cernis, erige.
2. Mater nostri redemptoris,
Ab aeterni nos moeroris
Serva cruciatibus,
Mater felix et beata,
Apud natum advocata
Sis in te sperantibus.
3. Mater mira, mater fortis,
Servis tuis hora mortis
Pium fer auxilium,
Mater sancta, mater bona,
Nos sanctorum fac corona
Frui post exsilium.

Die Jovis.

Ad Magnificat.

- A. Pura victore perpeti
Templum cum nato visitas,
Ab hoste nos multiplici
Fortis et pia protegas.
R. Genitricis humilitas
Commendatur eximie
In templo praesentata,
Dum ejus summa puritas
Peccati carens carie
Legis subit mandata.
V. In ulnus tolle puerum,
Senex, stupens obsequium
Intemeratae virginis.

Prosa 1.

1. Ave, virgo regia,
Felix prudens et pia,
Dux caecorum,

Maria, fons gratiae,
Fons misericordiae,
Fons hortorum.

2. Gratia gratissima,
Virgo potentissima,
Via morum,
Plena sancto spiritu,
Pone nos in exitu
Peccatorum.

3. Dominus prae singulis
Servet a periculis
Iustum chorum,
Tecum, flos munditiae,
Ducat nos in requie
Rex coelorum.

Prosa 2.

1. Ora Christum, mater Christi,
Ora, quem tu concepisti
Sine viri semine,
Ora patrem, ora natum,
Deum verum de te natum,
Hominem pro homine.

2. Ora, quem in crucis ara
Morte mortuum amara
Vides dolentissima,
Ora, quem m're surgentem
Et patenter ascendentem
Cernis ad altissima.

3. Ora, quem scis reddituram
Et cunctos judicaturam
In die judicii;
Ora eum, te precemur,
Ora, ut pie salvemur.
A poena supplicii.

Die Veneris.

Ad Magnificat.

- A. Ad dextram nati residens,
Regina coeli nobilis,
Cunctis beatis praesidens,
His nos junge coelicolis.
- R. Dum coelum scandis,
o coeli domina,
Refulgenti
amicta sole,

Caneta tibi
occurrunt agmina
Laetabunda
cum tua prole.

- V. In excelsis sublimata,
Nostra semper advocata
Sis, regina gloriae.

Prosa 1.

1. Gaude, virgo praeelecta,
Gaude, quae mire concepta
Es ex matre sterili;
Gaude, quae stirpe regali
Ortum voce prophetali
Trahis modo nobili.
2. Gaude, quae dum salutaris
Gabriele, gravidaris
Dei unigenito;
Gaude, vae doloris carens,
Christum paris virgo manens
Singulare merito.
3. Gaude, quae legis mandatum
Adimplendo tuum natum
Offers cum muneribus;
Gaude, in coelum assumpta,
Gaude, tuo nato juncta,
Ora pro fidelibus.

Prosa 2.

1. Virga Jesse,
Quam Anna peperit,
Deum, esse
Qui homo voluit,
Hunc necesse
Per Ave concipit.
2. Hinc enixa
Post virgo peperit,
Non amissa
Qua luce claruit,
Offert ipsa,
Simeon suscepit.
3. Educavit
Hunc virgo filium,
Quem damnavit
Judae consilium,
Punctum dolet
Sic virgo filium.

4. Dum surrexit
Ad matrem rediens,
Sursum vexit
Se coelis inferens,
Inardescit
Post prolem diligens.
5. Est assumpta
Mater a filio
Super cuncta
Locata solio,
Nobis juncta
Adsit exsilio.

6. Confidentes
De dono gratiae,
Colligentes
Festa laetitiae,
Exsultantes
Canamus gloriae.

Die Sabbati.
Ad Magnificat.

- A. Nivis candori similis
Virginitatis merito,
Concede tuis famulis
Aeterno frui praemio.
- R. Novo nivis miraculo
Novum templum construitur
Matri virginitatis,
Stapor crescit in populo,
Dum inter aestus cernitur
Jocale novitatis.
- V. Munus candoris nivei
Pudoris virginei
Signum de coelo datur.

Prosa 1.

1. Ave, maris stella,
Mater et puella,
Regis regum
Sumens illud Ave,
Parentibus fave,
Via legum.
2. Solve vincla reis,
Solamen dans eis
In hoc gyro,

- Virgo singularis,
Parens patrem paris
Absque viro.
3. Vitam praesta puram,
Ut ad spem futuram
Plebs ducatur,
Sit laus Deo patri
Et laus suae matris
Recolatur.

Prosa 2.

1. Novo privilegio
Romana nunc concio
Nivis sub indicio
Decoratur,
Monte super hagio
Admiranda visio
Sub papa Liborio
Demonstratur.
2. Praefectus sum socia
Tibi, virgo regia,
Se et sua omnia
Devoverunt,
Per nivis indicia
Nova fit ecclesia,
Quam fabrice varia
Compleverunt.
3. Fundamentum quaeritur,
Sed terra dum quatitur,
Mox paratum cernitur
Sine viro,
Opus sic perficitur,
Sicut nix extenditur,
Et in altum vehitur
modo miro.
4. Hanc perfectam dedicat
Papa et sanctificat,
Praesepe dum implicat
In altari;
Lac, Matthiam applicat,
Per quae haec amplificat
Et dono magnificat
Singulare.

5. Expiato scelere
Tuo, Roma, propere,
Novo gaude munere
Tibi dato;

Pio, mater, foedere
Eductos de carcere
Nos induc in aethere
Per optato.

Cod. Parisin. 1343. saec. 14. — Mit der Bemerkung: „Officium beatae virginis (virginis) Mariae compilatum et ordinatum per serenissimum principem dominum Karolum, Dei gratia Iherusalem et siciliae regem illustrem.“ — Was den Inhalt des Officiums angeht, so ist dasselbe kein vollständiger liturgischer Cursus; dennoch muss ihm hier sein Platz angewiesen werden. Nach dem Magnificat folgt stets ein Capitel, dann das Responsorium, den Schluss bildet stets eine doppelte Oratio, die Beata und pro rege. — Unter dem hier ausdrücklich als Verfasser genannten Könige von Sicilien ist entweder Karl I Anjou oder Karl II, le Boiteux zu verstehen; ob eher jener als dieser, wage ich nicht zu entscheiden. Wird ersterer uns als Feind der Troubadours geschildert (Hist. Lit. de la France XIX, 444 sq.), so wird er gleichwohl von den Trouvères gefeiert (Hist. Lit. XX, 662 sqq.) und von andern selbst den Dichtern beigezählt (Raumer, Gesch. d. Hohenstaufen VI, 445). Unter den Prosen dieses Officiums ist eine (Die Martis Prosa 1), welche Bonaventura zugeschrieben wird und sich in seinen WW. findet. Dies könnte die Vermutung nahelegen, dass der „königliche Sänger“ sein Officium nur zusammengestellt habe; die Hs. behauptet aber, es sei von ihm nicht nur ordinatum, sondern auch compilatum, welch letzteres soviel als „verfassen“ bedeutet. Indes schliesst die Verfasserschaft nach mittelalterlichen Begriffen nicht aus, dass einzelne Teile entlehnt werden. Im übrigen ist die Autorschaft Bonaventuras rücksichtlich dieser kleinen Prose, die zu den verbreitetsten des MA. gehört, nicht über jeden Zweifel erhaben. In derselben Handschrift finden sich nach dem Officium noch folgende Prosen:

In hoc anni circulo.
Dum suprema melodria.
Praeter rerum seriem.
Pater, proles, sacrum flamen.
Unum, simplex et perfectum.
Salve, regina gloriae, Maria stella maris.
Ave, cordis suspirium.

Die Dominica Prosa 2; 7, 4 l.: tis dono. — Die Mercurii B, 5 pro-
greditur ergänzt. — R, 6 peccata ergänzt. — Prosa 1, 4, 4 Nam haec.

19. De Conceptione BMV.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Stella solem paritura
Declaratur hodie
Ab angelo nascitura
Virgo plena gratiae,
Ex qua Christus orietur,
Coelestis rex gloriae,
Per quem mundus redimetur
A lacu miseriae.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Auctori vitae
Domino jubilare venite,
Nam genitrix virgo
laudatur et ejus origo.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Angelus ignaro
Joachim cum lumine claro

- Adstitit, huic soli
missus ab arce poli.
2. Est pavidus multum
Gabrielis cernere vultum,
Cujus erat species
ut duplicata dies.
3. Non time, pax tibi sit,
Deus inquit, me modo misit,
Grata, quae dico tibi,
sunt tua vota sibi.

Responsoria.

1. Cum genus humanum
vetus hostis suppeditaret,
Cum pietate manum
Deus intulit, ut relevaret,
Verus homo fieri
populique volens misereri;
V. Ut faceret salvum,
non virginis horruit alvum.
2. De radice David
Joachim fuit ortus et Anna
Prole tribue Levi,
fuit ex his orta Maria,
V. Virgo sacerdotis
summique puerpera regis.
3. Ante Deum justi
populis pietate venusti
Partibus in trinis
templo simul et peregrinis.
V. Propria tradentes,
solam partem retinentes.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cordis in occulto
tristarisi tempore multo,
Quod prole careas,
amodo non timeas.
2. Anna maris stellam
pariet tibi laeta puellam,
Stella Maria maris
dicta carensque paris.
3. Ut cadit in vellus
imber, quasi rore novellus
Condescendet ei
spiritus ipse Dei.

Responsoria.

1. Caste vivebant,
sed ob hoc, quod prole care
bant,
Pontificis verbis
Joachim reprobatur acerbis;
Sed Deus hunc humilem
confortat per Gabrielem,
V. Quod nascetur ei
virgo parensque Dei.
2. Cum fuerit nata,
sit virgo Maria vocata,
Sanctior exemplo
sit oblata juvencula templo,
V. Serviet haec Domino
soli cum corde benigno.
3. Omne, quod immundum,
nunquam bibet atque cibabit,
Qui redimet mundum,
pia virgo Deum generabit,
V. Non concepta viro,
conceptu florida miro,
Non erit ipsa parens
virginitate carens.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Haec incarnatum
de se nunquamque creatum
Virgo concipiet,
virgo Deum pariet.
2. Horum praedicta
generatio fit benedicta,
Exiit inde mera
virgo salutifera.
3. Christus ab arce patris
intrabit viscera matris,
Ex qua corporeus
exiit ipse Deus.

Responsoria.

1. Ad Dei nutum
de semine virgula Jesse
Regis virtutum
se matrem noverit esse,

- V. Nobilis et munda,
pia virgo Deoque jucunda.
2. Laetitia magna
Joachim repletur et Anna,
Vota Deo pura
reddunt pro prole futura,
V. Spe sobolis certi,
justi sine fraude reperti.
3. Radicem Jesse
fuerat florere necesse,
Virgaque signa daret,
quod virgo Deum generaret,
Annaque fit laeta
promissa prole repleta;
V. Talibus egregia
signis fuit orta Maria.

A d L a u d e s .

Antiphonae.

1. Misit Deus Gabrialem
cum splendore luminis,
Nuntiare Christi matris
ortum sanctae virginis.
2. Ad Joachim et ad Annam
facta est promissio,
Quod ab ipsis orietur
virgo plena gaudio.
3. Ipsa Deum generabit
sine viri semine,
Semper virgo plena erit
sancto Dei flamme.

Brev. ms. Morinense saec. 15. Cod. Parisin. 17997.

20. De Conceptione BMV.

I n 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Stella Jacob,
proles Davidica,
Paritura
solem justitiae,
Matris alvo
clauditur unica,
Sancta facta
fluentis gratiae,

4. Benedicta benedictum
generabit filium,
Dei verbum, regem regum,
salvatorem omnium.
5. Oriente Christi matre
gaudeat ecclesia,
Ex qua mundo lux est orta
Dei providentia.

Ad Benedictus.

- A. Stella fulgens orietur
de Jacob familia,
De Juda non auferetur
Virga sceptri regia,
Donec ille, qui mittetur
Veniet cum gloria,
De virgine qui nascetur
Plena Dei gratia.

I n 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Stella maris, vitae portus,
Virgo plena gratiae,
Fons hortorum, florens hortus,
Vas misericordiae,
Ex te verus sol est ortus,
Lux coelestis gloriae,
Ab angelo cuius ortus
Declatur hodie.

Pangat mundus,
plaudat vox coelica,
Tanti festi
dono laetitiae.

Ad Magnificat.

- A. Sacrat domum
fons sapientiae,
Fulcit donis,
ornat virtutibus,

Salus, amor,
pax, lex munditiae,
Grata dona
dantur hominibus;
Sit spes lapsis,
sit locus veniae,
Moestos sanet,
sistat coelestibus.

A d Matutinum.

Invitatorium.

Mariam, matrem gratiae,
Devote collaudemus,
Jesum, dominum gloriae,
Venite, adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Rubus ardendo virescit
Et miranda nuntiat,
Virga Jesse virum nescit,
Deum nobis pariat.
2. Ignis columna praecedit
Coetum confitentium,
Jam Aegypti nox abscedit
Et peccati devium.
3. Manna coeli nobis datur,
Cor, mentem reficiens,
Anna quando fecundatur
Dei matrem gestiens.

Responsoria.

1. Arca legis
arcana proferens
Intus, foris
aurea cernitur,
Virgam, urnam,
tabulam continens,
Plena bonis
mundo tribuitur.
- V. Nos amoris auro tegit,
Deo pascit, Christo regit,
Veritate dirigit.

2. Vellus madet Gedeonis
Et inundat coeli donis
Et virtutum copia,
Vim transcendit rationis,
Quod sedentem summis thronis
Regant matris gremia
Sub carnis substantia.

V. Obstupescit hic natura,
Dum mutantur sua jura,
Quod regentem omnia.

3. Thronus grandis
et admirabilis
Actu, forma,
virtute legitur,
Justus, pius,
potens et humilis
Princeps pacis
in eo sistitur,
Culpae lapsus
per eum tollitur.

V. Non est talis
nec erit similis,
Dulcis, clemens,
mitis et utilis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Aaron virga frondescit,
De qua fructus oritur,
Quo morbus mox evanescit,
Quo mors nostra moritur.
2. Terra lacte, melle manans
Patribus promittitur,
Ex Maria coelum donans
Homo-Deus nascitur.
3. Auri sceptrum Assueri
Pacis donat foedera,
Nos adspectus Dei veri
Locat super aethera.

Responsoria.

1. Cornu veri Samuelis,
Quo limitur plebs fidelis
Sacra fluit unctio,
Servitutis lex crudelis
Fugit, dum grata de caelis

- Venit benedictio,
Qua perit damnatio.
V. Laus tibi, virgo sacrata.
Dei mater illibata,
Per quam fit salvatio.
2. Roris caeli
repleta copia
Parva nubes
de caelo tollitur,
Gratiarum
per stillicidia
Mundus arens
fecundus redditur,
Plenus ager
fragrans ostenditur;
V. Haec hortorum
fons indeficiens,
Haec puteus
mentem reficiens.
3. Lyra sacrae melodiae
David manu tacta pie
Plectro sancti spiritus,
Vitam dulcis harmoniae,
Amplexum Dei sophiae
Trahit ad se caelitus,
Fugat hostem penitus;
V. Plaudat chorus electorum
Virginalem ante thorum
Ornatum divinitus.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Homini dat et jumentis
Pastum virgo regia,
Dum justis gratia mentis,
Reis datur venia.
2. Hydria farinam gestans
Panem verum conficit,
Angelorum vitam praestans
Cor virtute perficit.
3. Bethlehem cisterna patens
Potum vitae tribuit,
Quo sitis peccati latens
Et fervor emarcuit.

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

- Responsoria.
1. Aqua praebens
amaritudinem
Ligno merso
praedulcis bibitur,
Olla ferens
mortis imaginem
Per farinam
salubris redditur,
Sic potatur
mundus et pascitur;
V. Haec est virgo,
de qua conficitur
Medicina,
qua vere vivitur.
2. Virga donans favum mellis
Adae pulso morsu fellis
Lucis dat solatia,
Hostis diri victis bellis
Nos in pace locat cellis,
Ubi vera gaudia,
Ubi laus et gloria.
V. Flore, fructu dulcis vitis
Botris divo rore litis
Cordis fugat tristia.
3. Veri solis
amicta pallio,
Luna plena
sub pede sternitur,
Duodeno
stellarum radio
Caput ornans
corona plectitur,
Super cuncta
praelata cernitur,
V. Rosa rubens,
cedrus munditiae,
Palma virens,
cypressus gratiae.
In Laudibus.
Antiphonae.
1. Alte sonat sacra tuba
Dei verbum proferens,
Locum mutet Dei turba
Caelum mundo paeferens.

2. Urbs electa votis divis
Reis est refugium,
In qua Deus manet civis
Et tenet imperium.
3. Jam Eliae chlamys datur
Tegens Dei filium,
Fluxus amnis dividatur
Trahens ad excidium.
4. Ex lechyo pie fluit
Olei perfusio,
Quo rubigo vetus ruit
Necrum cessat unctio.
5. Medicinam mundo profert
Tobiae piscarium,
Caeco lumen gratum confert
Et fugat daemonium.

Ad Benedictus.

- A. Anna nobis
Mariam praebuit,
Radix sancta
ligni fructiferi,
Virgo mater
Dominum genuit,
Arbor sacra
fructu cum uberi;
Jesus mundum
vitae restituit,

Ipsum salvans
virtute celebri.

In 2. Vesperis.

Super Psalms.

- A. Matris Dei
nova conceptio
Typus horti
caelestis germinis,
Quam inundat
sanctificatio
Et fecundat
vis sancti flaminis,
Nos emundet
a labe criminis.

Ad Magnificat.

- A. O quam felix
Annae fecunditas,
Parvum celans
fontem clementiae,
Sub pugillo
clauditur sanctitas,
Lignum, vermis,
origo gratiae;
Nunc emanet
fecunda puritas,
Crystallinae
lux refulgentiae.

Brev. ms. Vivariense anni 1342. Cod. S. Josephi Lugdunen. Y a 6.
A. — Brev. ms. Vivariense saec. 15. Cod. Avenionen. 219 B. — Brev.
ms. Lucense saec. 14. in. Cod. Capit. Lucen. s. n. C. — Hymnen: Ad Vesp.:
Novum surgant in gaudium (Anal. IV, 43); Ad Matut: In plausu grati car-
minis (Anal. IV, 44); Ad Laudes: Exsultet novo carmine (Anal. XI, 41).

21. De Conceptione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Fuit homo de semine
David, Joachim nomine,
Justus, simplex ac rectus,
Vir Annae, fortis feminae,
Carentis tum propagine
Diebusque provectus.

2. Lustris quaternis incolae
Nazareth absque sobole
Fundebant tripartite
Rerum proventus uberes
Erga templum et pauperes
Et opus suaे vitae.
3. Hac implorantes serie
Divinae donum gratiae
Voverunt voto pari,

Ut, si fecundi fierent,
Domino prolem sisterent
In suum famulari.

4. Tristantur tandem unice,
Dum perfert a pontifice
Sterilitatis nota
Joachim contumeliam
Et per ancillam propriam
Anna Deo devota.
5. Post objectum opprobrium
Votum implens humilium
Luctum Deus maestorum
Vertit pius in gaudium,
Gloriosa sterilium
Prole fecundans chorum.

Ad Magnificat.

- A. Aurora surgit celebris,
Oritur lux de tenebris,
De spinis prodit rosa,
O Hierusalem filiae,
Jam sponsa regi gloriae
Paratur speciosa,
Jam vocatur, ut veniat,
Jam cantico pronuntiat:
Nigra sum, sed formosa.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Conceptam matrem Domini
Votis colentes almis
Divino laudes nomini
Jubilemus in psalmis.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Nova facturus omnia
Nova matris primordia
Novo lustrat decoro,
Ut novitatis gratia
Deus hominem gloria
Coronet et honore.

2. In sole tabernaculum
Vatum descriptum calamo
Deus sibi stabiliens
Viae disponit modulum,
Quam currat ut de thalamo
Suo sponsus progrediens.
3. Manus innocentissimae,
Cor mundum, splendor animae,
Non in vanum acceptae,
Bases et epistylia
Sunt domus Dei gloria
Virtutum circumseptae.

Responsoria.

1. Dum fabricator omnium
Omni carni diluvium
Inducit pro peccatis,
Noe justo praenuntiat,
Ut arcum sibi faciat
Ex lignis levigatis;
- V. Qui ligna purgans sarcinam
Deponit gravitatis,
Sibi suisque machinam
Salubris parans ratis.
2. Lignorum levigatio,
Per quam arcae creatio
Paratur salutaris,
Puritatem originis
Praesignat almae virginis,
Honore singularis;
- V. O felix generatio,
Cujus donis praeclaris
Profertur benedictio
Promissa Dei caris.
3. Ne carnis danda nexui
Posset anima pollui
Corporali figmento,
Corpus non dandum cineri
Decebat mundum fieri
Gratiae supplemento;
- V. Si plus quam corpus anima
Sit suo documento,
De matre curet optima
Christus sequi memento.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ab intus regis filiae
Pollent ex auro fimbriae
 Pulchris varietatibus,
Quam oleo laetitiae
Prae cunctis uixit hodie
 Deus ejus consortibus.

2. Impetus vivi fluminis
Urbem Dei laetificat
 Novi decoris titulo,
Dum novum sui culminis
Templum creans sanctificat
 Deus mane diluculo.
3. O gloriosa novitas,
In sanctis nova civitas
 Dei fundatur montibus,
In cuius ut laetantium
Fit omnium fidelium
 Habitatio moenibus.

Responsoria.

1. Arcam foederis propria
Lege non putribilia
 Compingunt Sethim ligna,
Aurum vero purissimum,
Tam externum quam intimum,
 Forma fulsit condigna.
- V. In monte Sina Moyses
 Haec de te vidit signa,
Quae paeclara foederis es
 Arca, virgo benigna.
2. Quid haec imputribilitas
Lignorum, quid haec puritas
 Auri gerit figurae,
Nisi mundam materiam
Duplaremque munditiam
 Praeclarae creaturae?
- V. In area florens virgula,
 Manna, lex Deum purae
Signant in matris clausula
 Nostrae junctum naturae.
3. O creatura nobilis,
O fulgens incredibilis
 Ilester forma decoris,

O fons purus in fluvium
Crescens aquarum plurium
 Quasi fluvius Doris,

- V. Riga nos aquae maxime
 Trames et fons dulcoris,
Paradisum uberrime
 Rigans intus et foris.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Novi cantus obsequio
Sancto in ejus atrio
 Dominum adorate,
Clausum semper hoc atrium
Et atrae noctis nescium
 Praeclara novitate.
2. Justo lucis exordia
Profert hujus laetitia
 Sanctae conceptionis,
Justi laetentur hodie
Confiteentes memoriae
 Sanctificationis.
3. Exsurgat cantus novitas,
Dum nova carnis puritas
 Patriarchae paeclari
Datur Abrabae semini,
Ut de promisso Domini
 Laetemur salutari.

Responsoria.

1. Si caro, de qua vitium
Carnis sumpsit initium,
 Digne fuit creata,
Creari constet dignius
Creatam, ut in melius
 Sit caro transformata.
- V. Veni, sola pae ceteris
 Pulchra semper et grata,
Veniens consolaberis
 De Libano vocata.
2. Omnem templi materiam
Struendi per industriam
 Cautela Salomonis
Prius purgatam adjicit
Priusque summe perficit
 Actu purgationis;

- V. Sic templum Dei spiritus
Omnium creans artifex
Massam perducit primitus
Ad purum, ne sit ibi faex.
3. Felix es, virgo Maria,
Quam sibi sapientia
Domum aedificavit,
Tu mons domus dominicae,
Quem montium in vertice
Dominus exaltavit.
- V. In hoc monte
Convivium vindemiae
Faecis omnino nesciae
Deus cunctis paravit.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. In aurorae diluculo
Fulget ex tunc a saeculo
Parata Dei sedes,
Sanctitudo domum Dei
Decet, et paratur ei
Sancta prae cunctis aedes.
2. In laudibus et jubilis
Ortum aurorae rutilis
Celebrando servite
Domino cum laetitia,
Qui profert de materia
Mortali fontem vitae.
3. In sancto tibi parui
Luci plaudens et ortui
Consurgentis aurorae,
Cedant noctis caligines,
Deus, ut nos illumines
Vultus tui splendore.

4. Te benedicant omnia,
Deus, ritu perpetuo
Magnae commotionis;
Sit benedicta gloria
Domini de loco suo
Novae creationis.
5. Tibi laus, tibi gloria,
Qui solus mirabilia
Faciens fabricasti
Auroram veri luminis,
Levans ad thronum culminis
Hesther expulsa Vasthi.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus rex gloriae,
Qui nobis parat hodie
Sui lucernam facis,
Hanc lucernam qui sequitur,
Non offendit nec labitur
Luto viae procacis;
Per hanc elisos erige
Pedesque nostros dirige,
Deus, in viam pacis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Laudet Mariae virginis
Culmen beatitudinis
Omnis vox nationis,
Per hanc, ex quo concipitur,
Verae nobis inducitur
Vis exsultationis,
Per hanc fecundans steriles
Esurientes humiles
Implevit Deus donis.

Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisin. 1032. — In 1. Vesp.
A 1, 5 Lücke von drei Silben; carentis ergänzt. — Ad Magn. **A**, 1 Aero
surgit. — Ibid. 5 sponsam. — Invit. 1 Domini fehlt. — In 3. Noct. **R** 2, 2
per fehlt. — **R** 3, 7 fehlen vier Silben. — Ad Laudes. **A** 3, 4 Sedium noc-
tis. — **A** 4, 1 Vos benedicant. — Die zugehörigen Hymnen siehe Anal. XI,
34 ff.

22. In Conceptione BMV.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O regina reginarum,
Supernorum civium
Imperatrix, lumen clarum
Per istud solemnum
Praestes illis, quos constringit
Mortiferum vitium.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Stellam Mariam maris,
venite, adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Principium nostri lactus
Eva fuit, Annae fructus
Hujus finis.
2. Eva demens obedivit
Hosti, cuius caput trivit
Stirps insignis.
3. A prophetis praesignatur
Annae proles, per quam datur
Cunctis salus.

Responsoria.

1. Fulget dies hodierna,
Per quam mundo lux aeterna
Coepit illucescere.
2. Insignis est progenies,
In honore cuius dies
Praesens est memoriae
Sempiternae,
- V. O quam sancta conceptio,
Quam beata.
2. Insignis est progenies,
In honore cuius dies
Praesens est memoriae
Sempiternae,
- V. Haec nobis impetrat gaudia
Civitatis supernae.
3. Virgineum decus ave,
Jugum cuius tam suave,
Conserva nos mortis a vae,

Brev. ms. Tullense saec. 14/15.
fehlt leider.

- V. Quae providentia Christi
Munda concepta fuisti.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Haec est lapis nostrae spei,
Ad conceptum nutu Dei
Quae processit hodie.
2. Laudes demus huic germini,
Quod nostri fuit Domini
Vas decorum.
3. Anna mater, gratulare
Noscas enim te portare
Florem florum.

Responsoria.

1. Veneranda cunctis festivitas,
In qua fuit Annae sterilitas
Tam fecunda;
- V. Ista dies fons salutis
Initiumque virtutis.
2. Anna, gaudie, concepisti
Prolem, per quam succurristi
Humano tristi generi.
- V. Tua ferunt viscera
Hanc, quae sacra camera
Fuit Christi.
3. Benedictus salvator omnium
Promiserat venturum filium,
Quod implevit, dum subit
gremium
- V. Proles Annae.
- V. Visitavit Dominus et fecit re-
demptionem plebis suae.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hodie tremit infernus,
Mundum ditat rex aeternus
Conceptu tam fructifero.
2. Quam pulchra Dei series,
Promittitur progenies.

Cod. Parisin. 1344. — Das Weitere

23. De Conceptione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Laus tibi, sancta trinitas,
Per quam salus mundi datur
Per Mariam et caritas
Tua cunctis propinatur.
2. Maria, tuos laetifica
Famulos et salvifica
Ducens nos ad regna caelica.
3. Ave, beata Maria,
Per quam patet via
In regnum claritatis,
Nos junge, mater, beatis,
4. Salve, aula deitatis,
Omni ornata gloria,
Ave, gemma castitatis,
Plena virtutum copia.
5. Pax Christi et benedictio,
O Maria, nos protegat,
Tua miseratio
In viam pacis nos deferat.

Responsoria.

1. O clemens reorum
Advocatrix
Mater misericordiae,
O salus aegrotorum,
Vitae datrix,
Laus et honor ecclesiae.
Nobis, pia lapsorum
Relevatrix,
Obtine locum veniae.
- V. O mater regis gloriae,
Plena omnis gratiae,
Nos salva clementer hodie.

Ad Magnificat.

- A. O Maria, salus aegrorum,
Nos salva, flebilium solamen,
Succurre turbae miserorum,
Salva reos, levamen lapsorum,
Debiles conforta et cunctorum
Te poscentium esto juvamen.

Ad Completorium.

Ad Nunc dimittis.

- A. Ave, Maria, quae dedisti
Mundo salutis pretium,
Deum hominem posuisti
Ante conspectum omnium,
Semper exora, mater Christi,
Pro nobis pium filium.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Ad thronum matris gloriae
Precibus pulsantes
Nos salva, rex pie,
Tibi jubilantes.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Advocata peccatorum,
Maria, regina caelorum,
Transcendent chorus angelorum.
2. Matris Dei gloriam
Protestantur aethera,
Cujus in terris gratiam
Sentiat gens misera.
3. Nos clamantes hodie
Ad gratiae tuae solium
Exaudi, mater clementiae,
Et placa nobis filium.

Responsoria.

1. Salve, Maria virgo,
Tu de stirpe regia
Refulsisti genita,
Tu virtutum gratia
Claruisti praedita,
Decus et claritas sanitatis,
Tu tabernaculum trinitatis.
- V. Te spiritus sancti donum
Fructu vitae fecundavit,
Te dignissimum thronum
Regi regum praeparavit.

2. Ave, stella matutina,
Cohortem fugans hostium,
Tu flos carens culpae spina,
Tu singulare lilyum,
V. Tu prole dotata,
Domina, nos salva,
Spes fidelium.
3. Salve, virtutum regula
Et forma gloriae virginalis.
Maria, Dei cellula,
Tu nostra pelle pericula
Et libera nostris a malis.
V. Sana animae vulnera
Medela salutifera,
Virgo sola puerpera.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Tu thronus divinitatis
Dignissimus,
Nos juvari a peccatis
Et salvari petimus.
2. Tu speculum munditiae
Nunquam fuscata macula,
Aula solis justitiae
Vinctorum solve vincula.
3. Tu flos cunctarum virginum,
Gloria mulierum,
Sanctorum jubar agminum,
Te laudantem salva clerum.

Responsoria.

1. O Maria, vultum tuum
Clemens suavissimum,
Dulcedine irriguum,
Regi regum gratissimum,
Ad nos converte, mater pia,
Cuncta fuga noxia.
V. Vultum benignum et praeclarum,
Vultum plenum gratiarum.
2. O templum sanctae trinitatis,
Maria virgo sanctissimum,
Tu in regno claritatis
Locum tenens clarissimum,

- Fer solamen desolatis
Et juvamen piissimum,
V. Memor esto tuorum,
Domina, servorum.
3. Maria, flos benignitatis,
Te venerantes petimus,
Ut nos, qui in multis peccatis
Salvatorem offendimus,
Fons summae mundet pietatis,
O, rex salvet nos optimus:
V. Qui tibi nil negat filius,
Fac, ut nobis sit propitius.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Christo nato decantemus
Redemptori jubilemus
Et Mariam collaudemus.
2. Fac, Maria piissima,
Ut spiritus sancti unctionis
Nostra purificet intima
Ab universo vitio.
3. Deo patri psallant omnia,
Cujus filii praesentia
Mira nos salvet clementia.

Responsoria.

1. O quam felix et beata,
Quae in caeli palatio
Super angelos exaltata
Regnas cum tuo filio,
Dei facie peroptata
Potiris et alloquio,
V. Obsequio angelico
Laetaris et laudis cantico.
2. Ave, Maria lucidior
Stellis et sole splendidior,
Tu sanctos gloria praecellis,
Angelis excellis,
Tu cunctas haereses repellis.
V. Post Christum dignior,
Virginibus fecundior,

Christo dilectissima,
Clementibus clementissima,
Nos salva beatorum optima.

A d L a u d e s .

Antiphonae.

1. Ab aeterno praeparata
Regi regum aula grata
Es, Maria, virgo beata.
2. Maria, in caeli solio
Pia conjuncta filio,
Nos tuo suffragio
Salva in exsilio.
3. Vultum tuae pietatis
Ad nos converte, domina,
Et adspectu claritatis
Nostra propelle crimina.
4. Ab omni creatura
Maria benedicatur,
Potens, benigna, pura,
Per quam pax et salus datur.
5. Caeli, virgo, te dominam laudent,
Per quam renovantur,
De tua gratia rei gaudent,
Qui per te salvantur.

Brev. ms. saec. 15. Cod. Raigraden. D I a 16. — In 1. Vesp. **R**, 2 K

vitae datrix; da dies nach drei Zeilen wiederkehrt, hier vermutlich advocatrix oder Ähnliches zu lesen. — In 1. Noct. **R** 1, 7 Tu almae tabernaculum. — In 2. Noct. **A** 3, 4 salva catervam. — **R** 1, 3 irrigatum. — **R** 2, 2 virgo sanctissima. — In 3. Noct. **R** 1, 8 et laude. — **R** 2, 3 Tu sanctos cunctos. — **R** 2, 9 Lies Clientibus? — **R** 3 „ut heri in Vesperis.“ — In 2. Vesp. ad Magn. **A**, 4 miserorum consolatrix.

24. De Conceptione BMV.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A.** Jesse radix, castum semen,
Nobis datur vitae germen;
Adest dies laetitiae,
Qua seminatur lilyum,
Quod profert Dei filium,
Exemplum mundiciae,
Quod a Deo est promissum,
Antequam mundus fieret,

Ad Benedictus.

A. Ave, virgo, sol claritatis,
Praelecta Dei cella,
Aurora, fons pietatis,
Et tu, praeclara maris stella,
Tenebras nostras illumina,
Noxios mores corrige,
Inimicos extermina,
Servos lapsos erige,
Confer virtutum germina,
In viam pacis nos dirige.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Salve, regina clarissima,
Civium supernorum,
Ave, mater Dei humillima,
Consolatrix miserorum,
Omnis generatio
Beatissimam praedicat,
Aeterni patris dilectio
Tibi solium communicat,
Tu ad nos Dei servulos
Te invocantes hodie
Pios converte oculos,
Mater misericordiae.

D I a 16. — In 1. Vesp. **R**, 2 K

Et electum et excisum
Antequam terram faceret.

Ad Matutinum.

Invitatorium.
Creatori jubilantes
Veneremur semina,
Exultemus venerantes,
Nostrae salutis femina.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Mater Christi seritur,
Infans hinc egreditur
Processu laudabili.
2. Hic solis tabernaculum
Et sponsi fit miraculum,
Hic vinea virginea
Ex stirpe fit feminea.
3. En, semen regis filiae,
Ex qua fructus gloriae
Processit humiliiter,
Regnat mirabiliter.

Responsoria.

1. Conceptio veneranda
Fructum salutis germinat,
Ergo uterus insignis
Merito est laudanda,
Quae vitae semen seminat
Meritis condignis.
- V. Corda sursum vigilent,
Vitae cursum jubilent
Et pacis accessum.
2. Ista sine vicio
Est facta proportio,
Quae producit rorem,
Quae rosam rigavit
Radicitus plantavit
Praelectum florem,
- V. Hinc provenit hodie
Ros misericordiae
De mundo conjugio.
3. O laudandam seminis
Hujus fecunditatem,
Quod in se ducit virginis
Mirandam ubertatem
Et ad se trahit numinis
Divini potestatem;
- V. Hoc nempe est consortium
Dans salutis redditum
Et Evae purgans vitium.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Oritur regis filia
Honor atque gloria,
Quam virgines sequuntur
Et regi offeruntur.
2. Conceptum refugium
Benigne Deus dedit,
Per quod ad solatium
Tam miser homo redit.
3. Hoc a Deo fundamentum
Fert salutis incrementum,
Per quod Deus invocatur
Et aeterna salus datur.

Responsoria.

1. Hic vinea plantatur
Generosi seminis,
Hic virtus radicatur,
- V. Vitae salus nobis datur,
Nam imus vernaculaus
Ad astra levatur.
2. En, semen hoc post Abraham
Virginem eduxit,
Quae protulit verum Adam
Et petram Christum produxit,
- V. Pacem facit apud Deum
Sibi concordans vere reum.
3. Sicut Deus locutus est
Abrahae et ejus semini,
Ac misertus est Israel
Per puerum Emanuel,
- V. Benedicens germini,
- V. Unde venit castissima,
Ciara, Deo cara
Mater fecundissima.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Haec est castimonia
In conspectu Domini,
Quae pacem reddit homini
Et vitae alimonia.

2. Exsultant Judae filiae,
Nam dat vitae radicem
Nec non ortum felicem,
Quae resultat hodie.
3. In justis parentibus
Deus seminavit
Semen, per quod gentibus
Vitam relevavit.

Responsoria.

1. Hic stipes est aeternae
Et verae salutis,
Ex quo procedunt floridi
Rami virtutis,
Ibique fructus crescit,
In quo verus filius
Dei requiescit.
- V. Christi thronus summe bonus
Hic creatur et beatur.
2. Gemma pudicitiae,
Semen castitatis
Nobis venit hodie,
Flos virginitatis,
Est data divinitus
Salus nobis primitus.
- V. Fidelis cum tripudio
Exsultet sic in gaudio.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Domum Domini
Decet sanctitudo,
Ex qua nobis gratiae
Venit plenitudo.
2. Concepit fructum Anna,
Unde venit manna,
Idcirco resonemus
Dulcisonum Hosanna.

3. Hic ad Deum vigilant
Erigant se mentes,
Fructum salutiferum
Proferunt parentes.
4. Omnia germinantia
Exsaltent Deo patri,
Semen et seminantia
Nunc seminate matri.
5. Juvenes et virgines
Laudent nomen Domini,
Cantent et tripudient
Benedicto semi.

Ad Benedictus.

- A. Domo de David hodie
Luminare ecclesiae
Dominus produxit,
Per quod nobis stella vitae
Rite, illuxit, quae mite
Nos ad lumen gratiae
Ac solem justitiae
Miseros perduxit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O florens virga Aaron,
Summus creavit Salomon
Et sanctificavit ab aeterno
Te ex utero materno
Prae ceteris creatis,
Tu reorum vera tutrix
Et moestorum consolatrix,
Tu robur pietatis,
Perpes salutis, vitae via,
Virgo mater, miserere,
Fac digne poenitere
Ex tua mera gratia.

Brev. ms. Joh. Sintram (in castro dicto Zabelstein) anni 1433. Cod. Claustroburgen. 1165. A. — Diurn. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Solodoren. s. n. B. — In 1. Vesp. Ad Magn. A, 6 omnis munditiae A. — In 1. Noct. A 2, 1 Hic solus. — B 2, 7 Hic provenit A. — B 3, 9 purgat. — Hiezu in B der Hymnus Festum originis canat ecclesiae (Mone II, 20).

25. De Praesentatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Fons hortorum
redundans gratia,
Mundum replens
caeli muneribus.
Mater Dei
fecundans omnia,
Nos instaurans
supernis sedibus,
Florens hortus,
mox ab infantia
Admirandis
fulsit virtutibus.
2. Rore caelestis gratiae
In utero perfunditur,
Tersa fomitis carie
Ut stella splendens oritur.
3. A piis parentibus
Votis impetrata
Templi penetralibus
Est trima dicata.
4. Tantilla puellula,
Virtutibus exemplum,
Nulla freta gerula
Ascendit in templum.
5. Erudita
puella regia
Contemplatur
mente caelestia,
Caritate
flagrant praecordia.
- R. Recolamus
virginis inclita
Ac miranda
laudum praeconia
Infantilis
aetatis merita
Et virtutis
grata primordia.
- V. Radiat gratia
Jam in puellula,
Et sapientia
Fulget in parvula.

Ad Magnificat.

- A. Novae laudis
adest festivitas,
Grata mundo
ac caeli civibus,
Qua beatae
Mariae sanctitas
Templo data
est a parentibus,
Ut olivae
pinguis suavitas
Uberius
redundet fructibus.

Ad Completorium.

Ad Nunc dimittis.

- A. Evae praeceps temeritas
Et fastus mundum perdidit,
Sed Mariae humilitas
Salutis fructum edidit.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Votis et vocibus
Laudantes Dominum
Instemus laudibus
Virginis virginum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. In templum Dei gradibus
Ter quinis erat aditus,
Quos nesciis parentibus
Ascendit fulta caelitus.
2. Nihil insolentiae
Virgo praetendebat,
Sed lux sapientiae
In ipsa fulgebat.
3. Ex affectu simplici
Cernentes hortatur,
Sed ex gressu supplici
Deo famulatur.

Responsoria.

1. Mente sancta
fuit et humilis,
Omni splendens
ornatu gratiae
Virgo pia,
unde fit, nobilis
Thronus dignus
sit regis gloriae;
- V. Thronus eburneus
Cum auro fulvido
Venter virgineus
Cum corde provido.
2. O quam puram,
quam sanctam decuit
Matrem esse,
quae Deum genuit,
Lacte quoque
überum aluit,
Strinxit ulnis,
manibus tenuit;
- V. Tanto regi
fit tam domestica,
Quem vestivit
humana tunica.
3. Ordo recens
servatus noscitur,
Dum Maria
in templo conditur,
Nam contemplans
Deo perfruitur,
Sic ad alta
mens ejus rapitur;
- V. Cum in mente
verbi lux oritur,
Digna verbi
mater efficitur.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Omni virtute praedita
Totum ad hoc dat studium,
Ut Deo tota subdita
Devotum det obsequium.

2. Rex virtutum
sibi mirabilem
Matrem fecit,
mitem et humilem,
Omni quoque,
dote spectabilem.
3. Desponsata cor docile
Ad angeli colloquium
Mite praebet et humile,
Prompta spondet obsequium.

Responsoria.

1. Eminente
caeli dulcedine
Stans in templo
virgo reficitur,
Ejus quoque
mens pulchritudine
Gratiarum
Dei perficitur
- V. Magna semper
exercens opera.
2. Alma virgo propositum
Nunquam nubendi statuit,
Sed semper Dei placitum
In hoc voto propositum;
- V. Gratus virga
Joseph flos emicat,
Et hunc sponsum
virginis indicat.
3. Nuptam sic ex indicio
Floris et sancti spiritus
In columbae mysterio
Gabriel missus caelitus
Salutat magno gaudio,
Quae concepit divinitus;
- V. In parentum
manens hospitio
Invenitur
a Dei nuntio.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Flos in florum tempore
Ad locum floris mittitur,
Sic de floris corpore
Gloriose concipitur.

2. Jesus flos, flos Maria
Verque tempus floris,
Flos Nazareth patria,
Plena sunt decoris.
3. Candens flos multiplicat
Virgulae decorem,
Conceptus glorificat
Mariae pudorem.
- Responsoria.
1. Arca Dei,
in qua reconditur
Dulce manna,
cibus aethereus,
Quo plebs Dei
sancta reficitur,
Est Mariae
venter virgineus,
- V. Thalamus regis gloriae,
Quo jungitur ecclesiae.
2. Omnes gentes, attendite
Ad tam pulchrum specta-
culum,
Deo gratias agite
Qui sic dilexit populum,
Mariae formam sumite,
Quae virtutis est speculum;
- V. Virgo templo data
Post facta est Dei templum,
Est plebs Deo grata
Mariae sequens exemplum.
3. Mirabile
Deus commercium
Cum humano
inivit genere
Suum nobis
donans refugium,
Nostra dignans
infirma sumere;
- V. Nam ut nostrum
sanaret vitium,
Sic amoris
dedit indicium.

- In Laudibus.
- Antiphonae.
1. Lauda, felix ecclesia,
Almae matris infantiam,
Cujus immensa gratia
Tibi paravit gloriam.
2. Templi Dei laribus
Virgo dedicata
A supernis civibus
Gaudet visitata.
3. Omnis ejus actio
In Deum tendebat,
Toto vitae spatio
Meritum augebat.
4. Quidquid egit, penitus
Est forma virtutis
Et doctrina spiritus,
Est causa salutis.
5. Quantum facultas sufficit,
Laudent mentes piae
Nam omnis lingua deficit
A laudibus Mariae.

Ad Benedictus.

A. Benedictus
virginis filius,
Replens matrem
misericordiae,
Advocatam
dans hanc propitius,
Ne sit quisquam
anceps de venia.

- In 2. Vesperis.
- R. Laudemus omnes Dominum,
Qui Mariam
implevit gratia,
Ut mediatrix hominum
Apud Deum
esset propitia.
- V. Haec est mater
misericordiae,
Per quam venit
ad nos rex gloriae.

Ad Magnificat.

A. Oliva fructifera,
Mater pietatis,
Fugans mundi scelera,
Stella claritatis,

Per quam cuncta prospera
Dantur nobis gratis,
Nos tandem in aethera
Transfer cum beatis.

Brev. ms. Plagense anni 1499. Cod. Plagen. s. n. A. — Cod. Sitanstetten. CCXXXII saec. 15. B. — Brev. ms. Altovadense XXV. saec. 14. C. — Cod. Scotorum Vindobonen. 50 h 6. saec. 15. C. — Brev. Sleswicense imp. Sleswici 1512. D. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisin. 746 a. E. — Brev. Cabilonense imp. 14**. F. — Brev. Lochense imp. Turonibus 1536. G. — Brev. S. Mariae Erfordien. imp. Nurenbergae 1497. H. — Brev. Valentiniun imp. Neapoli 1489. I. — Brev. Romanum imp. s. l. et a. K.

Das Officium findet sich des weitern außer zahllosen andern in folgenden Quellen: Brev. ms. Spirense saec. 15. Cod. Vatican. Palat. 514. — Brev. ms. Sutphaniense saec. 15. Cod. Bellandian. s. n. — Brev. ms. S. Mariae Gedanen. saec. 15. Cod. Bibl. OO. SS. Fol. 218. — Brev. ms. Tremoniense saec. 15. Cod. Darmstadien. 869. — Brev. ms. Nemaucense saec. 15. Cod. Roman. 1189. Sessor. 138. — Brev. ms. Redonense saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 543. — Brev. ms. Frisingense anni 1479. Cod. Mutinen. X H 1. — Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 15. Cod. Angelic. CV 17. — Brev. ms. Argentinense saec. 15. Cod. Parmen. HH IV 18. — Brev. ms. S. Se-pulchri saec. 14. Cod. Parmen. Palat. 186. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parmen. Palat. 208. — Brev. ms. Tarvisiense saec. 15. Cod. Capit. Tarvisien. I 16. — Brev. ms. Constantiense anni 1470. Cod. Eremiten. 82. — Antiph. ms. Beronense saec. 16. in Cod. Eremiten. 729. — Antiph. ms. S. Nicolai Friburgen. s. n. saec. 15. — Brev. ms. Langheimense anni 1465. Cod. Bambergen. Ed VI 6. — Brev. ms. S. Mauritiū Augusten. Cod. Augustan. Fol. 99. — Brev. ms. Veteris Capellae Ratisbonen. 1988. saec. 15. — Brev. ms. Misnense saec. 15. Cod. Eistetten. 8° 72. — Brev. ms. Wircebburgense saec. 15. Cod. Wirceburen. Mp. th. o. 11. — Brev. ms. S. Magni in Fauciibus saec. 15. Cod. Mailingen. I 2. 8° 13. — Brev. ms. Cisterciense saec. 15. Cod. Dietmelliens. 111. — Brev. ms. Embricense (?) saec. 15. Cod. Sigmaringen. 28. — Brev. ms. Trevirensse saec. 15. Cod. Stuttgartien. HB. I Asc. 144. — Antiph. ms. Calcariene saec. 16. Cod. Arch. Calcarien. A. 14. — Brev. ms. Oculense saec. 15. Cod. Matriten. A 174.

Brev. Hispalense imp. Parisiis 1510. — Brev. Montis Virginis imp. Venetiis 1555. — Brev. Lausannerse imp. Gebennis 1509. — Brev. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1527. — Brev. Ruthenense imp. Lugduni 1543. — Brev. Corisopitease imp. 1500. Brev. Cordubense imp. Hispali 1524. — Brev. Barcino-nense imp. Barcinaonae 1540. — Brev. Gienense imp. Hispali 1528. — Brev. Majoricense imp. Venetiis 1506. — Brev. Illerdense imp. 15**. — Brev. Auriense imp. Salmanticae 1501. — Brev. Calagurritanum imp. Lueronii 1543. — Brev. Pataviense imp. Venetiis 1508. — Brev. Ratisbonense imp. Augustae 1488. — Viaticus Wratislaviensis imp. Venetiis 1501.

Selbstverständlich ist es unmöglich, auch überflüssig, sämtliche Abweichungen dieser Quellen untereinander zu verzeichnen. Von vornherein auszuschließen sind die monastischen, da die ursprüngliche Form des Officiums die kurze ist. K hat folgende Rubrik: „In præsentatione Virginis Mariae, quod festum primo fuit celebratum in Francia ad instantiam christianissimi regis Francorum nec non et in ceteris ejusdem regni provinciis; de-hinc in Anglia, Hispania atque aliis partibus mundi: nunc noviter sanctissimus papa Sixtus quartus ipsum publicavit, ut per totum mundum fieri debeat, ac indulgentias concessit celebrantibus hoc festum et sancti Josephi sub majori duplice in eadem bulla.“

In 1. Vesp. ad Magn. setzt B die A Oliva fructifera etc.; G I beginnen mit der A Novae laudis adest festivitas. — D schiebt nach der 1. Vesper ein:

Ad Completorium.

Super Psalmos.

Ad Nunc dimittis.

A. Lectis scriptis circumquaque
Saepe defluxerunt aquae
Ab ocellis castitatis
Atque summae puritatis
Humilis sanctae Mariae.

A. Virgo firmet nos in pace,
Ne premamur procul a se
Per deceptum malignorum
Nobis semper infestorum.

In 1. Noct. A 2, 1 Nihil pueritiae B. — In 2. Noct. R 3, 1 Nupta fit ex iudicio B. — In 3. Noct. R 2 und 3 umgestellt E. — In Laud. ad Bened. A lautet in D:

Cum tres annos haec habebat,
Eam mater offerebat
Templo Bethel Salomonis,
Sola gradus ascendebat,
Deus pater ut volebat
Gratuitis suis donis.

Für die kleinen Horen schiebt D die folgenden AA ein:

Ad Primam.

A. O regina pietatis
Et totius sanctitatis
Flumen indeficiens,
Tuae praesentationis festa
Celebrantes adjuva.

Et pro praesentationis
Tuae festo tuis donis
Confer coeli gaudia.

Ad Sextam.

A. Te praesentatam hodie
Indigentes quotidie
Rogamus attentius,
Ut hoc festo te laudantes
In hoc mundo naufragantes
Adjuves frequentius.

Ad Tertiam.

A. Statum nostrae paupertatis
Vultu tuae bonitatis
Clementer considera

Ad Nonam.

A. Ut ad caelum praesentemur
Et cum Christo jucundemur,
Ejus matrem veneremur.

F benutzt für dieselben Horen als Responsorien die AA 2 bis 4 aus der ersten Vesper. — In 2. Vesp. hat B das folgende Responsorium:

R. Maria, Jesse virgula,
De qua Jesus flos oritur,
Spiritus sancti regula
Manens in templo regitur;
V. Ibi divino dogmate
De divinis instruitur,
Omni quoque charismate
Gratiarum imbuitur.

Dieselbe Quelle verwendet als A ad Magnificat das R Laudemus omnes bis zum Versikel. Die ursprünglich zu diesem Officium gehörigen Hymnen sind in 1. Vesp.: O Dei sapientia (Mone II, Nr. 342 Str. 1—4 + 9; ad Noct.: Sacrae parentes virginis (Anal. IV, 52); ad Laudes: Omnes fideles plaudite (Anal. IV, 51); in 2. Vesp.: Aeterni patris ordine (Mone l. c. Str. 5—9).

26. De Praesentatione BMV.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Veni, dulcis virguncula,
Radicis Jesse virgula,
Columba sine macula,
Regis aeterni filia,
Columna templi fulgida,
Placens et viva hostia,
O decora infantula,
Maria splendidissima.

R. Gaude et laetare,
Urbs nobilissima,
Civitas regis
Summi Jerosolima,
Adornare
Templum sanctum et altare,
Gratulare,
Israel, et jucundare,
Ecce, advenit pia
Virgo Maria,
Terrarum domina,
Caelorum regina.
V. Haec est civitas Dei,
Templum Domini,
Et sacrarium
Spiritus paracliti.

Ad Magnificat.

A. Ave, Maria, plena gratia,
Per quam datur misericordia,
Salus, vita, honor et gloria,
Sis benedicta inter omnia,
Sis benedicta super omnia,
Te laudent, te adorent omnia,
Sacra haec tua praesentatio
Sit caeligenis gratulatio,
Sit terrigenis exultatio
Et sempiterna benedictio.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Salve, stella maris,
jubilo sancto veneraris,
Sit tuus adventus
simul introitus benedictus.

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Infans lactensque Maria,
Dei genitrix futura
Infertur in templum pia
Suae genitricis cura.
2. Quod prophetae praecinerunt
Ob Christi memoriam,
Hoc caeli enarraverunt
Ad matris Christi gloriam.
3. Montem Dei haec ascendit
Innocens per omnia
Virgo mater nec attendit
Vana mundi somnia.

Responsoria.

1. Advenisti, desiderabilis,
Omnium saeculorum saeculis,
O virguncula conspicabilis,
Futura mater venerabilis?
2. Salve flos campi,
lux caeli, gloria mundi.
3. Quam praecelegit sibi Dominus
Ex multis milium milibus,
In templo praesentatur Domino
Debito parentum officio;
4. Imperitans cunctis
infans gestatur in ulnis.
5. O benedicta, o speciosa,
Virgo virginum o gloriosa,
Tibi plaudit caeli militia,
Te collaudat sancta ecclesia,
6. Omnes exsultent
et laudes voce resultant.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Humilis in templum lata
Adstat in caelestibus,
Super omnes trabeata
Nunc virtutum vestibus.

2. Perfert ipsa templo sisti,
Prout istud lex mandavit,
Ipsa tamen templum Christi,
Quod altissimus dicavit.
3. Quam mira, quam gloria
De te dicam, Dei castrum,
Nunc praeclara, nunc formosa,
Super omne regnans astrium.

Responsoria.

1. Offertur sanctum
Domino vivens holocaustum,
Divini totum
spiraminis igne crematum,
- V. Hoc super altare
dulci fit odore suave.
2. Igne Dei fragrans,
dulci spiramine fragrans,
Sancta Deo viva
placet hostia virgo Maria,
- V. Spirat odore bono
caelesti praedita dono.
3. Praefigurata caelitus,
Repromissa divinitus,
Virgo prodit spectabilis,
Omnibus desiderabilis;
- V. Effloret virga,
pia regia virgo Maria.

In 3. Nocturno.

Responsoria.

1. Miris varietatibus,
Omnigenis ornatibus
Procedit, ecce, splendida
Regis caelorum filia,
- V. Virgo, sponsa Dei
dignaque mater ei.
2. Ave, gemma principalis
Universae sanctitatis,
O María, o quam pia,
O benigna, o quam digna!
- V. Virgo mater, omni hora
Natum pro nobis implora.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Surgens ut aurora,
benedicta Maria decora,
Respicias famulos
nos, pia virgo, tuos.
2. Ignis divinus
ut nos illuminet intus,
Sancta Maria, tuis
obtineas meritis.
3. Prava refrigeant
in nobis sancta calescant,
Christus ut hoc donet,
mens pia nunc vigilet.
4. Splendida, formosa,
mitis, dulcis, generosa,
Nos agnosce tuos,
pia sit tua cura super nos.
5. Nil tibi difficile,
nil quippe negat puer ille,
Nasci dignatus
de te mitissimus agnus.

Ad Benedictus.

- A. O virgo sancta,
mater Domini veneranda,
Nos rege, nos serva,
rogitat te nostra caterva,
Quo te duxtrice
capiamus pascua vitae.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Omnis fidelis anima
Laudet Dei magnalia,
Cujus misericordia
A saeculis in saecula;
Qui respexit
Mariae humilitatem,
Quam exaltavit
Ditando matrem virginem,
Ejus prece et meritis,
Christe, miserere nobis.

Brev. ms. Lubicense saec. 15. Cod. Lubicen. s. n. (ol. 62). A. — Brev. ms. Hildesheimense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 180. B. — Cod. Beverin. 696. saec. 15/16. C. — Brev. Paderbornense imp. Lipsiae 1513. D. — Brev. Hildesheimense imp. Lipsiae 1516. E. — Brev. Goslariense imp. Halberstadtii 1525. F. — In 1. Vesp. Super Ps. A, 1 Tam dulcis virguncula D. — Ibid. 4 filii A. — In 1. Noct. R 1, 3 fehlt AB. — R 3, 3 omnis caeli AB. — R 3, 4 omnis sancta AB. — In 3. Noct. AA prosaisch. — R 3 ebenso. — In Laud. A 1, 1 Surgis F. — A 1, 3 Respicias nos A. — A 1, 4 praepia virgo tuos A.

27. De Praesentatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. O mira et laudanda
Clementia,
Isaiae prophetia
Compleetur in Maria.
2. Dies haec venerabilis
Illuxit nobis celebris,
His promissa
Prophetarum oraculis.
3. Vox concinit prophetica,
Stella putatur fulgida,
Stirpe Israelitica
Homo sumit exordia.
4. Stella ista prophetalis
Figuris lucet praeclaris,
Progenie Davidica
Virgo oblata Maria.

Ad Magnificat.

- A. Jesu, piorum gloria,
Sola reorum venia,
Mariae prece virginis
Expiatos contagis
Paradisi redde gaudiis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Salve, stella maris,
generis decus imperialis,
Adventus et introitus
tuus sit benedictus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Mariae venerantes merita
Nos, alme Deus, visita
Sacri flaminis gratia
Prece rogitamus intima.
2. Ergo ducamus gaudia
Hujus diei memoria,
Quo stella haec prophetica
Praesentatur in templum.
3. In templum Dei gradibus
Ter quinis erat aditus,
Quos compositis gressibus
Ascendit fulta caelitus.

Responsoria.

1. Advenisti, desiderabilis,
Omnium saeculorum saeculis,
O virguncula conspicabilis,
Futura mater venerabilis?
- V. Salve, flos campi,
lux caeli, gloria mundi.
2. Electa ex milium milibus,
Quam praecelegit sibi Dominus,
In templo praesentatur Domino
Debito parentum obsequio.
- V. Imperitans cunctis
infans gestatur in ulnis.
3. Per sacrum sacrificium,
Ritu praecepti editum,
Odorem fert mirificum,
Salutarem, vivificum,
- V. Hostia pacifica,
Victima vivifica,
Dominus in sancto
Suo adest templo.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Vivit istud circumpleteundo,
In isto inhabitando,
Nam justitiam diligendo
Deus, in caelo sedes ejus.
2. Ingressa est sine macula
Decora haec virguncula
Inhabitans tabernaculum,
Requiescens in monte sancto,
Ipsa vero mons sanctus Dei.
3. Lauda, felix ecclesia,
Almae matris infantiam,
Cujus immensa gratia
Tibi paravit gloriā.
4. Templo Dei laudibus
Virgo dedicata
A supernis civibus
Gaudet visitata.

Responsoria.

1. O benedicta, o speciosa
Virgo virginum, o gloriosa,
Tibi plaudit caeli militia,
Te collaudat sancta ecclesia,
- V. Omnes exsultent
et laudes voce resultent.
2. Offertur sanctum
Domino vivens holocaustum,
Divini totum
spiraminis igne crematum,
- V. Hoc super altare
dulci fit sapore suave.
3. Recolamus virginis inclita
Admiranda laudum praeconia
Infantilis aetatis merita
Et virtutis grata primordia
- V. Radiat gratia
Jam in puellula,
Et sapientia
Fulget in parvula.
4. Igne Dei flagrans,
mira dulcedine fragrans,
Sancta Deo viva
placet hostia virgo Maria,
- V. Spirat odore bono
caelesti praedita dono.

In 3. Nocturno.

Responsoria.

1. Praefigurata coelitus,
Repromissa divinitus
Virgo prodit spectabilis,
Omnibus desiderabilis.
- V. Effloret virga
pia, regia virgo Maria.
2. Miris varietatibus,
Omnigenis ornatibus
Procedit, ecce, splendida
Regis caelorum filia.
- V. Virgo sponsa Dei
dignaque mater ei.
3. Ipsa Dei templum,
petis, o virguncula, templum,
Devote cuncta
implens divina — — — ;
Hostia legitima
datur et placet hostia viva,
Jamque subarrharis
at jamjam sponsa dicaris.
- V. Ecce, novum melum
novit depromere caelum,
Agnoscens dominam
susciensque suam.
4. O regina poli,
mater pia, virgo Maria,
Ad te clamantes
salves et suscipe flentes,
- V. Lux supernorum, forma bono-
rum,
spes miserorum.

Ad Laudes.

Super Psalmos.

- A. Ista virgo gloriosa
Progreditur ut aurora
Nova quippe diluculo,
Novitatis miraculo
Per hanc orbis universus
Luce vera est respersus.

Ad Benedictus.

A. Haec est dies praecella,
Aurea luce perornata,
Hodie oriens ex alto
Effulsit omni saeculo,
Hodie ex oblatu virginis
Venit redemptio orbis,
Ergo laetemur et exsultemus
Psallentes: Benedictus Deus.

Ad Horas.

Ad Primam.

A. Sicut luna, immo
Pulchrior quam luna,
Cui sol Christus sic illuxit,
Ut et ipsa orbi luxit
In splendore sempiterno
Manens sine detimento.

Ad Tertiam.

A. Castrorum acies ordinata
Ista virgo Dei sacra,
Hostium cuneo terribilis,
Angelorum fulta praesidiis,
Vallata multis exercitibus,
Omnium sanctorum agminibus.

Ad Sextam.

A. A saeculis praeelecta
Sicut sol est haec electa,
Clara virtutum fulgore,
Omni praepollens decore,

Brev. ms. Monasticum saec. 15. Cod. Pragen. XII D 15. — Der Text ist sehr schlecht überliefert; da aber einige Teile anderen Officien, namentlich den beiden vorhergehenden entlehnt sind, lassen jene sich nach diesen verbessern. — In 1. Vesp. A 3, 3 Ac stirpe. — In 1. Noct. A 2, 4 Maria praeresentatur. — Drei AA prosaisch. — R 1, 2 Omnium fehlt. — R 2, 5 In parentibus eunctis. — R 3, 2 Rite regalibus praeecepti. — R 3, 4 ac vivificum. — R 3, 7 in templo sancto. — Ein R prosaisch. — In 2. Noct. A 1, 1 Vivo. — R 1, 4 Deus et in caelo. — R 2, 3 Dei tabernaculum. — R 2, 4 monte sancto Dei. — R 3, 2 infantiam fehlt. — R 4, 4 Gaudet fehlt. — AA 5 und 6 prosaisch. — R 1, 1 O speciosa benedicta. — R 1, 2 virginum Maria. — R 1, 3 omnis caeli. — R 1, 4 omnis sancta. — R 1, 5 Omnis. — R 1, 6 et laudis cantica voce resultent. — R 2, 3 sq. Divini spiraminis totum igne crematum. — R 3, 3 Infantulae aetate. — R, 3, 6 jam fehlt. — R 4, 2 flagrat. — R 4, 3 sq. Sancta Deo hostia placet viva virgo Maria. — In 3. Noct. Ad Cantica A prosaisch. — R 1, 5 sq. Efflorum virgo regni pia virgo Maria. — R 2, 5 Dei sponsa. — R 3, 4 adplens; es fehlen drei Silben. — R 3, 6 datur et hostia placet viva. — R 3, 8 Et jam sponsa. — R 4, 2 fehlen drei Silben; Maria ergänzt. — Ad Tertiam. A, 2 sacra. — Ad Sextam A, 6 Christus dignatus. — Ad Nonam A, 1 sacrae. — Ibid. 5 per suum venerationis obsequium. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 15 nobis benedictio.

De qua sol justitiae
Dignatus est procedere.

Ad Nonam.

A. Hujus sacrae virginis
Odor inestimabilis,
Cujus mira fragrantia
Laetatur caeli regia,
Quam per suum obsequium
Circundant flores rosarum
Et lilia convallium,
Omnes animae beatae
Passione rubricatae,
Castitate candidatae.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Ave, Maria,
Gratia plena,
Ave, virguncula dulcissima,
Caeli regina,
Mundi domina,
Per quam datur misericordia,
Salus honor, vita et gloria.
Sis benedicta
Inter omnia
Et super omnia,
Te laudant et adorant omnia.
Sacra haec tua praeresentatione
Fit caeligenis gratulatio,
Sit terrigenis exsultatio
Et sempiterna benedictio.

28. In Ilatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Decet Deum collaudare
Mariam mox infantem,
Qui sterilem habitare
In domo dat laetantem.
2. Per quam misericordia
Est Domini firmata,
Annorum per exordia
Fit Deo dedicata.
3. Deus tuus in saeculum
Hoc, Sion qui regnabit,
Virginitatis speculum
Illaesum conservabit.
4. Novam Deus aedificat
Jerusalem in caelis,
Dispersos dum laetificat
Filios Israelis.
5. Seras Sion confortavit
Deus tunc portarum,
Dum in templo acceptavit
Munus tam praeclarum.
- R. Matris lac dum sugere
Infantula jam cesset,
Mundum coepit fugere,
Triennisque cum esset,
Ut ejus conversatio
Sic tota sit in caelis,
Quo mira salutatio
Procedit Gabrielis:
- V. Ave, Maria, gratia plena,
Dominus tecum.

Ad Magnificat.

Virgo templum intrando
Tunc angelos laetificat,
In Deum exultando
Post cecinit Magnificat;
Qui ipsam praemiando
Aeterne beatificat,
Pro nobis exorando
Iratum nunc laetificat.

Ad Completorium.

Ad Nunc dimittis.

- A. Haec virginis illatio
Dei templum intrantis
Est lucis revelatio
Perpetuo micantis,
Quae nostrae sit dotatio
Animae commigrantis,
Ex hujus mundi spatio
Ad caelum evolantis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- In honore Mariae,
In templo praesentatae
Virginis, in hac die
Domino jubilate.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Templum adornavit
Prae cunctis praecedentibus
Virgo, dum intravit
Electis cum parentibus.
2. A templo quod fundatum
Est a rege Salomone,
Sic nec fuit adornatum
Templum illa ratione.
3. Humiliter orabant,
Dum virginem praeobilem
Parentes praesentabant,
Templo in Hierusalem.

Responsoria.

1. Nova haec oblatio
Prioris aevi spatio,
Qua nihil fuit gratius,
In templo praesentata,
Caritate inflammata
Odorem spargit latius,
- V. Quantum fas credi est,
deitas hanc tota refudit.

2. Margaritum praepolitum
Adaptatur applicatur
Summum per artificem,
Quo structura est futura,
Quae non perit, quia gerit
Omnium opificem;
- V. Haec est, quam caeli
victor Deus intus et extra
Pinxit et angelica
cote polivit eam.
3. Quam praeclare conservare
Integritatis speculum
Voto vovit, quod non novit
Antecedens saeculum,
- V. Angelicae lucis
speculum decor ejus obum-
brat
Et quasi praefulget
omne decoris ebur.
2. Incorrupta et innupta
Joseph viro modo miro
Haec virgo despontatur,
Ipsi soli, a quo poli
Inflectuntur et reguntur
Illaesa conservatur.
- V. O castae matris
felix dignatio, sese
Terris inclinat
hac mediante polus.
3. Anna, gaude, Joachim, plaudete,
Sint cognati Deo grati
Virginique tantae,
Nam huic soli vestrae proli
Nulla talis est aequalis
Reperta post et ante.
- V. In titulo ejus
citharizent omnia caeli
Organa, caelestis
musica ludet ei.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Adducentur summo regi
Cum exultatione
Virgines in matris Dei
Hac praesentatione.
2. Inclita Sion filia
Divitias cumulavit
Et virginum tot milia
Haec sola superavit.
3. Nam in gazophylacium
Fert munus praeoptatum,
Quo miseris solatium
Divinitus est datum.

Responsoria

1. Benedicta, quae, delicta
Quia nescit, conquiescit
Dilecti sub umbraculo,
Est sopita, unde vita,
Quae recessit, nunc accessit
In Dei tabernaculo.
- V. Quam dilecta tabernacula tua,
Dominic virtutum, concupiscit
ea anima mea.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Est virgo aeternaliter
A Deo praedestinata
Hodie temporaliter
Hoc in templo praesentata.
2. Ut semper et totum
Sit Deo mancipatum,
Est hoc virginis votum
Caelitus dedicatum.
3. Haec hominum adspectibus
Licit virgo auferatur,
Virtutum in profectibus
Cum angelis conversatur.

Responsoria.

1. Joachim justus parens,
Cum prole foret carens,
Per Isachar pontificem
In templo est despectus,
A Deo sed electus,
Nunc fructum fert multipli-
cem.

- V. Anna sancta peperit
Natam sanctiorem,
Sed nata de se genuit
Omnibus majorem.
2. Infertur annis teneris,
Quo fiat cuncti generis
Virtutibus imbuta,
Temporis curriculo
Dei adminiculo
Literas adsecuta.
- V. Haec est, quae complevit
Prophetiae veritatem
Omnemque delevit
[Peccati] pravitatem.
3. In scripturis sub figuris
Percunctatur ac miratur
Virginem paritum,
De quo certa, mox experta,
Dum consensit, intus sensit
Se Deum genitum.
- V. Quomodo fiet, inquiens,
Cum virum non cognoverim,
Sed Deo pure serviens
Castitatem voverim.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. In templo praesentatur
Induta jam decore,
Quo ejus collocatur
Nunc sedes in honore.
2. Salutis sunt initia
In templo praelibata,
Cum Deo in laetitia
Haec servit illibata.

3. Ad te de luce vigilat
Stella matutina,
Maria, quae nos dirigat
Servans a ruina.
4. Benedicite Domini,
Tot virgines et tantae,
Conjunctus qui est homini
Virgine mediante.
5. Laudet omnis creatura
Deum indefessa,
Cum mater Dei futura
Templum est ingressa.
- Ad Benedictus.
- A. Virgo in castitate
Et munditia
Hoc in templo habitavit,
Ubi in sanctitate
Et justitia
Coram ipso miristravit,
Quae in necessitate
Et tristitia
Nunc sedentes relevavit,
Dum plena veritate
Atque gratia
Nobis viam generavit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Qui exaltasti humiles
Deponisque potentes,
Nos miseros et fragiles
Humiliter poscentes
Mariae pro clementia
Misericors exaudi,
Ut tua in praesentia
Caeli jungamur laudi.

Brev. Verdense imp. s. l. 1480. — In 1. Noct. R 2, 2 applicatum. — In 2. Noct. R 2, 3 Huic virgo. — In 3. Noct. R 3, 7 fiet istud. — Hiezu die Hymnen: Exultando, mater, gaude (Anal. XXIII, 64); Jam dies redit annua (Anal. XI, 45). Laeto plaudat obsequio (Anal. XI, 45).

29. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Accedunt laudes virginis
Admirandae indaginis
Noviter promulgatae,
En, visitat Elisabeth
Maria mater ipsamet
Coelica probitate.
2. Divo repletur munere
Maria, sine murmure
Cum filium concepit,
Surrexit ab oraculo
Statim in montis calculo
Abiit et profecit.
3. Accendit ardor spiritus
Mariam tangens caelitus
De Nazareth migrando,
Mox ad montana transtulit,
Ubi tumultu caruit
Superna degustando.
4. Monstrans culmen dulcedinis
Maria sui sanguinis
Elisabeth salutat
Stantem in domo proximi,
Propinqua templo Domini
Devote subministrat.
5. Charisma sancti spiritus
Diffudit se divinitus
In puerum, cum sensit
Conceptum salutiferum
Mariae sibi obvium,
Elisabeth consensit.

Ad Magnificat.

- A. Acceleratur ratio
In pueru nondum nato,
Instinctu sacri pneumatis
Divinitus sic dato,
Novit praesentem Dominum
In virgine clam latentem,
Adoravit cum jubilo
Ad servulum venientem.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Reginam caeli Mariam
concorditer adoremus,
Quae visitans Elisabeth
spem contulit, ut laudemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. De caelo velut radius
Descendens sacer spiritus
Elisabeth intravit,
Mox benedictam virginem
Sanctitatis propaginem
Prophetice clamavit.
2. Inter turmas femineas
Et sanctarum excubias
Maria collaudatur
Propter fructum, qui nascitur,
Quo jure mundus emitur
Et plene visitatur.
3. Vocat hanc matrem nomine
Domini primo famine
Elisabeth vi superna,
Quod fuit clausum aliis
In velatis mysteriis,
Notitia interna.

Responsoria.

1. Surgens Maria gravida
Migravit per cacumina
In civitatem Judae,
Intravit domum propere
Zachariae cum opere
Salutis consobrinae;
- V. Ut audivit Elisabeth
Salutes mox de Nazareth,
Exclamat mirative.
2. Dixit verba prophetica
Elisabeth caelicola
De virgine Maria :

- Beata est, quae creditit,
In hac fient, quae didicit
A Domino mente pia.
- V. Venit ex te sanctissimus
Vocatus Dei filius,
Sicut praedixit angelus
Suae matri in via.
3. Elisabeth congratulans
Profunde se humilians
In adventu Messiae
Unde, ait, condeceat,
Quod mater Dei veniat
Ad me cum plausu viae?
- V. Eu, felix salutatio,
Duplata exsultatio
Dabantur vi sophiae.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Non fuit Christus oneri
Nec gravis moles pueri
Visceribus matris dignae,
Sed ignara de pondere
Cum corporali robore
Transsiliit benigne.
2. Transivit in itinere
Maria multum propere
Monticulos scandendo,
Evitavit lasciviam
Propter morum constantiam
Colloquia spernendo.
3. Longam viam pertransiit,
Maria montes circuit
Hilaris laborando,
Honores mundi respuit,
Devotionem tenuit
Caelica meditando.

Responsoria.

1. Maria parens filios
Plangens quaerit depositos
In scelere mortali,
Clamans clamat, ut relevet,
Manum ponit, ut subleyet,
Ne poena ruant mali.

- V. Elisabeth quaesierat,
Johannem doctum noverat
De vita supernali.
2. Rosa de spinis prodiit,
Virga de Jesse floruit,
Maria visitavit,
Vis odoris diffunditur,
Tota domus perfunditur,
Gratia cum intravit.
- V. Miranda salutatio,
Fit plebi gratulatio,
Quae fructum exspectavit.
3. Stella sub nube tegitur,
Maria mundo premitur
Rutilans in splendore,
Elisabeth perducitur
Ad solamen, lux spargitur
Roborans in vigore.
- V. Luna soli conjungitur,
Elisabeth devolvitur
Aestuans in amore.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Tunc ad sermonem virginis
Dabatur donum flaminis
Matri simul et proli,
Hic gaudebat in utero,
Haec providit de pueru
Et de regina poli.
2. Adest mira credulitas
Ac virginis fecunditas
Per exemplum monstratum,
Concepit prius sterilis,
Quae vox est impossibilis
Nisi per verbum datum.
3. Fit naturae propinquius,
Quod sterili fit filius,
Quam virgo fiat praegnans,
Sed nihil impossibile
Deo nec infactibile
Per verbum suum dictans.

Responsoria.

1. Occasum virgo nesciit,
Velut lux mundo profuit
De summo fundens lumen,
Elisabeth applicuit,
Devotas sibi attrahit
De caelo pandens numen;
- V. Spiritus rapit symbola
Caelestibus conformia
Tamquam aquarum flumen.
2. Thronum lucis prospexerat,
Quae ut aurora fulserat
Sole mane surgente,
Elisabeth ubi vidit
Verbaque palam protulit
Speculo suadente,
- V. In Mariae praesentia
Plura patent latentia
Elisabeth dicente.
3. Elisabeth ex opere
Signorum dat pro pignore
Mariam invocare,
Quam gratia constrainxerat
Et pietas commoverat,
Vetulam visitare.
- V. Nullus diffidat hodie
Ad Mariam confluere
Sibique supplicare.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Sacra dedit eloquia
Maria responsoria
Elisabeth laudanti,
Clamavit Deo canticum
Magnificando Dominum
De sursum bonum danti.
2. Tunc exsultavit animus,
Cum ipsius sit filius
Angelo nuntiante,
Ancilla Dei credidit,
Confessum verbum genuit
Maria supplicante.
3. Vera humiliatio
Fuit Christi conceptio
Deo respiciente,

Ex hoc laudabunt singuli
Mariam matrem saeculi
Ipsamet sic dicente.

4. Magna perfecit Dominus
In Mariae virtutibus
Deum concipiendo,
Fit mater plena gratiae
Et impetratrix veniae
Omnibus miserendo.
5. Maria tribus mensibus
Quasi stetit laboribus
Elisabeth subdendo,
Conferebat de angelo
Et verborum mysterio,
Quae protulit salutando;
- Mutum audivit eloqui
Et prophetias Domini
In Christo declarando,
Plura vidi de puer
Mirabili ab utero
Praecursorem vocando;
- Facta post reverentia
Reversa est ad propria
Maria contemplando.

Ad Benedictus.

- A. Adjutrix visitatio
Et frequens ministratio
Elisabeth oblate
Mariam dent propitiam
Ad impetrandam gratiam,
Cum fuerit vocata.
Nam mater est, ecclesiae
Fluctuantis naviculae
Subditos gubernando,
Promptos suo regimini
Dirigentique flamini
Devotos visitando.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Jesu, redemptor optime,
Ad Mariam nos imprime,
Ut mundi advocata,

Pari forma nos visitet
Sicut fecit Elisabeth
Per summam pietatem

Mores et actus dirigat
Et ad caelos alliciat
Per gratiam collatam.

Antiph. ms. Cranenburgense s. n. saec. 15. A. — Brev. ms. S. Floriani XI 477. saec. 14. add. saec. 15. B. — Antiph. ms. Raigradense F I a 2 anni 1397. C. — Brev. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Pragen. XIII A 5 b. add. saec. 15. D. — Brev. ms. Scotorum Vindobonens. 50 f 29. saec. 15. E. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Laurentian. Aedil. 116. F. — Brev. ms. Lingonense saec. 15. Cod. Parmen. HH IV 15. G. — Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 15. Cod. Vatican. Ottobonian. 676. H. — Cod. Darmstadtien. (Miscell.) 1021. saec. 15. in. I. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1481. K. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1517. L. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1525. M. — Brev. Eistettense imp. s. l. et a. N. — Brev. Spirense imp. Venetiis 1509. O.

Dasselbe Officium findet sich außer zahllosen andern in folgenden Quellen: Brev. ms. Waradinense anni 1460. Cod. Vatican. 8247. — Brev. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bibl. Archiep. Remen. s. n. — Brev. ms. Estense saec. 15. Cod. Londinen. Add. 17294. — Brev. ms. Vasatense (?) saec. 15. Cod. Cantabrigen. Kk. VI 49. — Brev. ms. Alphonsi, regis Portugalliae, anni 1484. Cod. Cantabrigen. Mm V 21. — Antiph. ms. Oesteedolense anni 1498. Cod. Coll. S. Barbarae Gandaven. s. u. — Antiph. ms. S. Mariae ad Gradus anni 1477. Cod. Semin. Colonien. 5 a. — Brev. ms. Augustinianum saec. 15. Cod. Chigian. D IV 58. — Brev. ms. Humiliatorum saec. 15. Cod. Vatican. 9217. — Brev. ms. Praedieatt. Wirsburgens. saec. 15. Cod. Darmstadtien. 1813. — Brev. ms. Wingartense saec. 15. Cod. Fulden. Aa 122. — Antiph. ms. Rasdorfense saec. 15. Cod. Fulden. Aa 55. — Brev. ms. S. Bonifatii Fulden. saec. 15. Cod. Fulden. Aa 81. — Antiph. ms. S. Bartholomaei Francofurten. saec. 15. Cod. Francofurten. Barth. 94. — Brev. ms. Farfense anni 1499. Cod. Roman. 294 (Farfen. 16). — Brev. ms. Farfense saec. 15. Cod. Roman. 180 (Farfen. 21). — Brev. ms. Matthiae Corvini anni 1487. Cod. Vatican. Urbin. 112. — Brev. ms. Spirense saec. 15. Cod. Vatican. Palat. 514. — Brev. ms. Augustanum saec. 15. Cod. Vatican. Palat. 523. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Barberin. XI 7. — Brev. ms. Trojanum saec. 15. Cod. Neapolitan. VI E 16. — Brev. ms. Augustinianum saec. 15. Cod. Neapolitan. VI E 15. — Brev. ms. S. Clarae Neapolitanae saec. 14. Cod. Casanaten. B III 5 (407). add. saec. 15. — Brev. ms. Salernitanum saec. 15. Cod. Capit. Salern. s. n. — Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 15. Cod. Angelicus D V 10. — Brev. ms. Leonis papae X. saec. 15/16. Cod. Laurentian. Pl. XVII. 1. — Brev. ms. Pisanum anni 1473. Cod. Laurentian. Palat. 8. — Brev. ms. Bituricense saec. 15. Cod. Pianoren. M. 51. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Capit. Lucen. 612. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Univ. Bononiens. 2676. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Senen. F VIII 9. — Brev. ms. Romanum anni 1453. Cod. Senen. F VII 5. — Brev. ms. Augustinianum saec. 15. Cod. Senen. F VII 4. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Senen. F VIII 8. — Brev. ms. Vallumbrosanum saec. 15. Cod. Trivulzian. 256. — Brev. ms. Frisingense anni 1479. Cod. Mutinen. X H 1. — Brev. ms. Augustinianum anni 1469. Cod. Londinen. Add. 15891. — Brev. ms. Marchthalense saec. 14. Cod. Stuttgartien. 1 b 107. add. saec. 15. — Brev. ms. Ultrajectinum saec. 15. Cod. Hagen. AA 123. — Brev. ms. Argentinense saec. 15. Cod. Parmen. HH IV 18. — Brev. ms. S. Sepulchri saec. 15. Cod. Parmen. Palat. 215. — Brev. ms. Carmelit. Jerosol. saec. 15. Cod. Parmen. Palat. 187. — Brev. ms. Franciscan. Neapolitan. saec. 15. Cod. Taurinen. K III 24. — Brev. ms. Romanu-Augustin. saec. 15. Cod. Univ. Januen. A V 12. — Brev. ms. Tarvinum saec. 15. Cod. Capit. Tarvisin. I 16. — Brev. ms. Constantiense saec. 15. Cod. Eremiten. 80. — Antiph. ms. Beronense saec. 16. in. Cod. Eremiten. 729. —

Brev. ms. Engelbergense saec. 15. Cod. Engelbergen. 306. — Brev. ms. Franciscanum saec. 13. Cod. Capit. Toletani 33—16. add. saec. 15. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Univ. Valentin. 90—4—35. — Brev. ms. Barcinonense saec. 15. Cod. Capit. Vicen. CIX. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Scorialen. a III 6. — Brev. ms. Brixiense saec. 15. Cod. Scorialen. e IV 10. — Brev. ms. Braccarense saec. 15. Cod. Scorialen. e IV 10. — Brev. ms. Calagurritanum saec. 15. Cod. Salmanticen. 186. — Brev. ms. Veteris Capellae Ratisbonen. 1988. saec. 15. — Brev. ms. Veteris Capellae Ratisbonen. 1908. saec. 15. — Brev. ms. Eistettense saec. 15. Cod. Eistetten. 2 122. — Brev. ms. Wiesensteigense saec. 15. Cod. Mailhingen. II 1 Fol. 178. — Brev. ms. Augiense saec. 15. Cod. Carolsruhan. Augien. CCLXII. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Vatican. 4711. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 511. — Brev. ms. Augustinianum saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 544. — Brev. ms. Wirceburgense saec. 15. Cod. Vatican. Palat. 525. — Brev. ms. Card. Caraffae saec. 15. Cod. Vatican. 3515. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Vatican. 4752. — Brev. ms. Parentinum saec. 15. Cod. Univ. Patavin. 446. — Diurn. ms. Ultrajectinum saec. 15. Cod. Hagen. 6170. — Antiph. ms. Ultrajectinum saec. 12/13. Cod. Ultrajectin. 407 add. saec. 15. — Brev. ms. Fredeslariense saec. 15. Cod. Casselan. Ms. theolog. Fol. 136. — Brev. ms. Fredeslariense saec. 15. Cod. Casselan. Ms. theolog. IV° 30. — Brev. ms. S. Alexandri Embeeken. saec. 15. Cod. Gotingan. 288. — Cod. Wernigeruden. Zn. 22. saec. 15.

Brev. Wormatiense imp. s. l. et a. — Brev. S. Donatiani Brugen. imp. Parisiis 1520. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1487. — Brev. Frisingense imp. Augustae 1491. — Brev. sec. consultudinem domus hospitalis Hierosolymitani S. Johannis imp. s. l. 1495. — Brev. Herifordense imp. Rotomagi 1505. — Brev. Maguntinum imp. Lugduni 1507. — Brev. Corisopitense imp. 1500. — Brev. S. Servatii Trajecten. imp. Coloniae 1503. — Brev. Ultrajectinum imp. Gudae 1508. — Brev. Goslariense imp. Halberstadii 1525. — Brev. Paderbornense imp. Lipsia 1513. — Brev. Ultrajectinum imp. in Schonhoven 1495. — Brev. Plocense imp. 15**. — Brev. Aversanum imp. s. l. 1499. — Brev. Capuanum imp. Capuae 1489. — Brev. Zagrabienense imp. Venetiis 1505. — Brev. Morinense imp. Parisiis 1488. — Brev. Biterrense imp. Lugduni 1534. — Brev. Braccarense imp. Salmanticae 1511. — Brev. Braccarense imp. Salmanticae 1512. — Brev. Barcinonense imp. Barcinonae 1540. — Brev. Oscense et Jaccense imp. Caesaraugstae 1505. — Brev. Majoricense imp. Venetiis 1506. — Brev. S. Mariae de Mercede imp. Barcinonae 1560. — Brev. Sigenense imp. Caesaraugstae 1547. — Brev. Granatense imp. Granatae 1506. — Brev. Pataviese imp. Venetiis 1508. — Brev. Eistettense imp. Eistett 1484. — Brev. Romanum imp. Papiae 1494. — Viaticus Hildesheimen. imp. Lipsiae. 1516.

C hat folgende Notiz in rubro: „Explicit historia de visitatione sanctae Mariae, quam composuit dominus Adam Cardinalis et doctor sacrae theologiae, confirmata per Bonifacium papam nonum, quae singulis annis in ipso festo occurrente debet cantari sub anathemate. Solummodo cantus. Alia autem per totum de praecedenti historia.“

I hat folgende Aufschrift manu saec. 15: „Reverendissimus dominus Cardinalis Adam Anglicus, tituli S. Caeciliae, composuit hanc historiam.“

H: „Incipit officium Visitationis beatae Mariae virginis, approbatum per Dominum Bonifacium papam nonum, et cantatur juxta cantum beati Francisci.“

O fol. 608 b: „Cum quidem historia de visitatione beatae virginis supra 475 annotata propter ineptam, qua abundat, compositionem multamque barbarem a doctis non probatur, ideoque Reverendus in Christo pater et dominus Philippus, Spirensis episcopus, sequentem, ex evangelio sumptam, passus est imprimi et a clero suo sub praefata festivitate et ejus octava inter horas

orandum canonicas eandem legi.“ Folgt das Officium Jensteins „Exsurgens autem.“

In 1. Vesp. A 2, 6 perfectit B. — A 3, 1 Accedit A. — B hat statt des gebräuchlichen Occasum virgo nesciit (vgl. Noct. 3 R 1) das Resp.:

R. O praeclara stella maris, Virgo mater singularis, Quae cognatam visitasti, Johannem illuminasti Prole praeclarissima,	V. Te precamur in hoc festo, Sis solamen omni maesto, Fuga mortem, Confer sortem Nobis in caeli patria.
--	---

In 1. Noct. R 1, 2 Migravit per montanea K. — In 2. Noct. R 1, 7 sqq. sind in B also verändert:

Elisabeth, cum senserat
Mariam salutantem,
Johannem doctum noverat
Per Christum gratulantem.

In 3. Noct. A 2, 3 monstratur B. — A 2, 6 datur B. — A 3, 6 fehlt B. — R 1, 7 rapit sibila A. — R 2, 3 mane splendente B. — In Laud. A 3, 2 Fuit Mariae visitatio D. — A 3, 3 Deo inspirante K. — FGN u. a. haben noch folgende AA in 2. Vesperis super Magnificat per Octavam:

1. Ampla fertur humilitas,
Servitutis celeritas
De virginе praeagnante,
De salvatore saeculi,
Redemptore piaculi
Elisabeth orante.
2. Larga confertur gratia
Cum donorum constantia,
Major subest minori,
Ascendit in obsequium
Ac jucundum solatium
Domina praecursori.
3. Jesu mater se obtulit,
Regina caeli protulit
Ministram viliori,
Maria dat auxilium
Obstetricis, servitum
Ancillae suae thori.
4. Haec cedrus alta Libani,
Maria, mater Domini,
Ramos mire pandebat,
Cum rore sua gratia
Dabatur in familia,
Quam ipsa visitabat.
5. De quibus testes protulit
Pro secreto, quod latuit,
De verbo incarnato,
Ipsum primo monstraverat,
Christum, quem exspectaverat
De ventre matris grato.
6. Laeta dolens praeficitur,
Moerens plaudens ostenditur,
Juvenis fit de sene,
Cum pervenit de Nazareth
Maria ad Elisabeth
Hanc visitans amore.

Zu diesem Officium gehören die ebenfalls von Adam Easton verfaßten Hymnen In Vesp.: In Mariam vitam (Morel S7, Milchsack I, 33); ad Noct.: O Christi mater caelica (Mone II, 118); in Laud.: De sacro tabernaculo (Mone II, 116). — Vgl. Dreves, Die Hymnen Johannis von Jenstein S. 23 ff. Morel S. 87 ff. Blätter für Hymnologie 1889, 120 ff. A. Ciaconius, Vitae et Regestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium II, 648 sq.

30. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.
Super Psalmos.

A. Collaetentur
corda fidelium,
Virgo mater
concepto filio

Scandit montes,
ut duplex gaudium
Geminetur
in matrum gremio;
Nam, dum habet
salvator obvium

- Vatem, implet
sancto tripudio,
Sic utraque
mater per filium
Docta cantat,
quae dictat unctio.
- B. Virga Jesse jam floruit
Repleta sacro flamine,
Sursum ire nos docuit,
Dum montium cacumine
Transito domum petiit
Zachariae cum lumine.
- V. Sol in sole
refulgens domina
Prophetarum
accendit lumina.
- Ad Magnificat.
- A. Magnificat altissimum
Virgo facto miraculo,
Aroma suavissimum
Gerens in ventris loculo,
Dum canticum dulcissimum
Pio profert oraculo
Sermonemque gratissimum
Fideli praestat populo.
- Ad Matutinum.
- Invitatorium.
- Latentem in virgine
Christum adoremus
Mentisque dulcedine
Matri jubilemus.
- In 1. Nocturno.
- Antiphonae.
1. Ex ore infantium
Matres illustrantur,
Sicque patri omnium
Laudes cumulantur.
2. Ponit tabernaculum
Dominus in sole,
Dum aufert piaculum
Virginis cum prole.
3. Dominus, rex gloriae,
Dominus virtutum,
Vatem facit hodie
Virginis ad nutum.
- Responsoria.
1. Mundum vocans
ad partum virginis
Hora coenae
plasmator hominis,
Vatem mittit
de ventre sterilis
Similem angelis.
- V. Haec narrat angelus,
et virgo credidit,
Quam mittens Dominus
prophetam edidit.
2. Datum signum
de cana sterili
Tam est gratum
Mariae virginis,
Quod ad montem
pergit cum humili
Gressu et utili.
- V. Sic festina
sterilem visitat,
Verbo verbum
pandens, quod latitat.
3. Verbum patris
postquam concipitur
In Maria,
prius ostenditur
Praecursori,
dum virgo loquitur,
Sic caelum panditur.
- V. Ventris alvo
verbum absconditum
Per os matris
mundo fit pandidum.
- In 2. Nocturno.
- Antiphonae.
1. In labiis virginis
Gratia diffusa,
Fit in ventre sterilis
Gratia infusa.

2. Cum impetus flaminis
 Virginem sanctificat
Cursu sacri fluminis
 Prophetam laetificat.

3. Gloriosa dicimus
 De te, porta caeli,
Teque benedicimus
 Cum mente fideli.

Responsoria.

1. Paupertatis
 humanae pallio
Decoratum
 dominum gloriae
Recognoscit
 dictante filio
Veterana
 sterilis hodie:

V. Unde mihi,
 quod ad me veniat
Dei mater,
 ut mihi serviat?

2. Fulget sponsus ecclesiae
 In thalamo virgineo,
Cantat cantum laetitiae
 De tanto consanguineo
Elisabeth, cum hodie
 Se jungit caeli cuneo.

V. Benedicit cum angelis
 Fructum et vitem pariter,
Quibus fit nobis miseris
 Solamen integraliter.

3. Granum, quod vitae moriens
 Fructum afferre venerat,
In alvo matris oriens
 Antiquam stupefecerat,
Hinc clamitat exsiliens:
 Beata, quae crediderat;
V. Plena, inquit,
 Deo et homine,
Cuncta cernens
 in plenitudine,

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Canticum novum Domino
 Cantat plena gratia,
Dum dato legi termino
 Nova prodit mysteria.
2. Gaudet mons Sion hodie,
 In quo vita ostenditur,
Exsultent inde filiae,
 Dum virgo magna loquitur.
3. Qui fecit mirabilia,
 Novum dictavit canticum,
Quod virgo laudabilia
 Per verba facit pandidum.

Responsoria.

1. Felix virgo,
 cujus oraculo
Dona magna
 panduntur saeculo,
Dei plena
 magno miraculo,
 Causa piaculo.

V. Ex ubertate dogmatum
 Fontes signat charismatum.

2. Ascendentि
 ad montem virginī
Et cantanti
 canticum Domini
Vates plaudunt,
 qui Christi nomini
Dant honorem
 et summo culmini;

V. Per hanc cervunt
 luctum praeteritum
Commutatum
 in cantum inclitum.

3. O spem miram, quam dedisti
 Decantando humilibus,
Dum ancillam te dixisti
 Et beatam p̄ae omnibus,
Praesta, mater, ut nos Christi
 Fruamur adspectibus.

V. Quae tam magna cecinisti
Tibi conlata largiter,
Nos a morte salvans tristi
Christo junge feliciter.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Cum Deus ex virgine
Induit decorum,
A te foetus feminae
Suscipit valorem.
2. In conspectu Domini
Puer exsultabat,
Ex quo mater virginis
Cantans prophetabat.
3. Fructum vitae protulit
Terra virginalis
Populique attulit
Laudes generalis.
4. Benedicens, benedicta,
Benedic benedicentes,
Nobis, cantrix, cantum dicta
Et fac tecum concinentes.
5. Omnis spiritus auscultet
Decantantem virginem,
Secum plaudat et exsultet
Laudans Deum hominem.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus Emmanuel,
Qui visitavit hominem
Et redemtionem Israel
Per visitantem virginem
Intimavit praecursori,
Cum salute humili
Unde laudes salvatori
Clamantur et sterili.

Brev. ms. Praedicatorum Vindobonen. s. n. saec. 15. A. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Constantien. 1393. B. — Brev. ms. Altenhonaviense saec. 15. Clm. Monacen. 2905. C. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Clm. Monacen. 23163. D. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Burdigalen. 77. E. — Offic. ms. Brundusina saec. 15. Cod. Oxouien. Miscell. Liturg. 358. F. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. Cod. Colonien. 104. add. saec. 15. G. — Antiph. ms. Salemitanum saec. 13. Cod. Heidelberg. X 6 b. add. saec. 15. H.

Ferner: Brev. ms. Praedicatorum Neapolitan. saec. 14. Cod. Neapolitan. VI F 6. add. saec. 15. — Brev. ms. Praedicatorum Cremonen. anni 1467.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O virago perinclita,
De qua vir summus sumitur,
Humilitate praedita,
Dum Deus in te clauditur,
Montana velut subdita
Petis, et lumen oritur,
Hinc clausa pandit abdita,
Et infans clausus loquitur
Secreta caeli condita,
Verusque sol detegitur.

Per Octavam.

Invitatorium.

Ascendentem dominam
Montem sociemus
Et latentem Dominum
Christum adoremus.

Ad Benedictus.

- A. Visitavit Dominus
Plebem Israelis,
Dum per matrem virginem,
Gravidam de caelis,
Genitricem visitat
Prophetae fidelis.

Ad Magnificat.

- A. Exsultavit spiritus
Sterilis et nati,
Dum verbi divinitus
Mariae donati
Vis per vocem virginis
Infunditur vati.

Cod. Casanaten. B. VI 5 (1182). — Brev. ms. S. Marci Florent. saec. 15.
Cod. Florentin. Conv. sup. I. IV. 17. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15.
Cod. Univ. Bononien. 2685. — Brev. ms. Praedicatorum Venet. saec. 15.
Cod. Capit. Patavini B. 60. — Brev. ms. Monasticum saec. 14. Cod. Engelbergen. 101. add. saec. 15. — Brev. ms. Rhenoviense anni 1519. Cod. Turicen. Rhen. III. — Brev. ms. Rhenoviense anni 1484. Cod. Turicen. Rhen. LX. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. in. Cod. Aaraugien. M 5 q. add. saec. 15. — Brev. ms. Murende saec. 14. Cod. Aaraugien. M 1 q. add. saec. 15. — Brev. ms. Interlacense saec. 15. Cod. Bernen. B 524. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Solodoren. s. n. — Diurn. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Solodoren. s. n. — Brev. ms. Compostellanus saec. 15.
Cod. Capit. Compostellani s. n. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Bambergen. Ed VII 3. — Brev. ms. S. Sepulchri Bambergen. saec. 15. Cod. Maihingen. II 1 4^o 39. — Antiph. ms. Praedicatorum in Stetten saec. 15.
Cod. Sigmaringen. 82. — Brev. ms. Praedicatorum Phorenen. anni 1407.
Cod. Stuttgartien. I b 46. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Pm. 38. — Diurn. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Dresden. A 314.

In 1. Vesperis. Super Ps. A, 15 Doctat A. — Diese A sowie das folgende R fehlen F. — R, 1 jam fehlt A. — Ibid. 5 Transacto B. — Ibid. 7 sola B. — Ad Magn. A, 6 Pie A. — In 1. Noct. A 1, 2 Martyres E; illustrantium A. — A 1, 3 Sieque patrimonium A. — A 1, 4 cumulantum. — A 2, 3 Cum fehlt A. — R 2, 11 quod pandens A. — In 2. Noct. A 2, 2 fluminis A. — A 2, 3 flaminis A. — R 1, 7 Veteratam A. — R 2, 3 canticum A. — In 3. Noct. R 2, 1 Ascendentem A. — R 2, 2 virginem A. — R 2, 5 plaudit A. — R 2, 12 canticum ABF. — In Laud. A 2, 3 mater Domini A. — A 3, 4 Laudes gratialis A. — 4, 3 canticum ABF. — Per Octavam AA fehlen F. — Zu diesem Officium gehören die Hymnen: In 1. Vesp. Magnae dies laetitiae (Mone II, 114); ad Noct.: Lingua pangat et cor tangat (Mone II, 120); ad Laudes: Hymnum festivae gloriae (Mone II, 118). — Eine andere Handschrift (s. n.) des Wiener Dominikanerklosters vom Jahre 1462 enthält die Notiz: Iste magister [Raimundus a Capua] sepultus est in Nuremberga. Et ipse compilavit historiam de visitatione matris Dei et legendam sanctae Katharinae de Senis, cuius fuit confessor.

31. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Candida plebs fidelium,
Cordis extolle jubilis
Festum, quo visitatur
Elisabeth hospitium,
Dum scandit virgo nobilis
Montem, in quo locatur.
2. Testis aeterni veritas
Virginem movit quaerere
Consortem Zachariae,
Amisit jura tarditas
Nec valuit retrahere
Gressus almae Mariae.
3. Intrat virgo cubiculum
Salve dicens hilariter
Cognatae jam fecundae,

Mox factum est miraculum
Infans exsultat granditer
Vocis flatu jucundae.

4. Mater infantis loquitur
Aeterni matrem numinis
Mariam protestando,
Beatum carmen promittit
Sacri pulsu spiraminis
Ambos magnificando.
5. O felix visitatio,
Per quam matrique filio
Munera dantur alta,
Illa prophetat subito,
Repletur iste gaudio
In aede carnis arta.

Ad Magnificat.

A. Omnis causata bonitas
 Beatam dono gloriae
 Voce Mariam valida
 Nitatur exclamare,
 Quam celebris humilitas,
 Pius dulcor clementiae,
 Caritas movet fervida
 Parentem visitare.
 Quarum virtutum gratia
 Suae mentis spiraculum
 Ante datorem lumen
 Expressit exsultare,
 Sicque sumpta fiducia
 Sacrum dictavit canticum,
 Quo plasmatorem Domini
 num
 Docet magnificare.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Actio matris virginis
 Devote recolatur,
 Qua salutatur sterilis
 Et infans jucundatur.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sterilis per prodigium
 Mariae demonstratur,
 Quod verbum patris unicum
 Ex ipsa generatur.
2. Virgo sine formidine
 Nuntio causatoris
 Cognatae de propagine
 Fidem praebet honoris.
3. Fidei claret mansio
 In virgine beata,
 Dum ad parentem scansio
 Sumitur mente grata.

Responsoria.

1. Pium mentis viaticum
 Fides initiavit,

Inceptae viae medium

Spes firma sociavit,

- V. Triplex ergo principium
 Mariae theologicum
 Progressum consummavit.

2. Parentem pluris temporis
 Devote visitari,
 Ferentem pondus geminis
 Attente consolari,
 Lex dictat gratitudinis,
 Quam libet imitari;

- V. Hoc actu sacrae virginis
 Agnata sui generis
 Noscitur confirmari.

3. Haec ampliat jejunia
 Precibus commitata,
 Sacra studet eloquia
 Virtutibus ornata,
 Cuncta spernit eloquia
 Sordibus copulata.

- V. Dum stat in arta curia,
 Haec virginum collegia
 Virgo docet sacrata.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Maria docet studium
 Servare pietatis,
 Dum gravidae triclinium
 Visitat ipsa gratis.

2. Castum cum prole praemium
 Parenti monstrat ratum,
 Cum Dei patris filium
 Suum declarat natum.

3. Humilitatis regulam
 Monet cunctos amare,
 Dum sui nati famulam
 Inquirit honorare.

Responsoria.

1. Doctrina clamat physica:
 Prima mentis notitia
 A sensu generatur;
 Mariae docet regula:
 Vulgaris haec peritia
 Non semper approbatur.

- V. Hoc monstrat clausi gratia,
Qui prius sapientia
Quam sensu decoratur.
2. Totalis virtus feminae,
Ut sua donet plantulæ,
Non habet potestatem,
Colendi regem gloriae
Beatae cultu latriæ
Ante nativitatem;
V. Istud mater clementiae
Dono complevit gratiae
Suam per caritatem.
3. Quis ortum vidit proprium
Succedere tripudio
Concessæ voluntatis?
Hoc physis negat studium,
Quod tamen firmat actio
Beatae castitatis;
V. Johannes docet gaudium,
Dum clauditur in utero
Maternæ facultatis.

In 3. Nocturno.

Antiphonæ.

1. Descendit Dei nuntius,
Ut jussa revelaret,
Ascendit virgo protinus,
Ut visa nuntiaret.
2. Turbatur sensus virginis
Angeli dictione,
Solatur fructus sterilis
Mariae lectione.
3. Corpus auctoris physicum
Angelus declaravit,
Sed corpus virgo mysticum
Signat, dum salutavit.

Responsoria.

1. Quaerens uti
parentis agmine
Virgo lumen
sumpsit prudentiae,
Simul ferens
cum fortitudine

- Castum cultum
et vas justitiae,
V. Iter pandit hoc supernum
Festum firmans hodiernum.
2. Gemina salutatio,
Quam mutua dilectio
Parentum operatur,
Terminus plenum gaudio
Procuret plebis animo,
Quo festum veneratur.
V. Hoc Christus in judicio
Pensato matris merito
Psallenti largiatur.
3. In hujus festi gaudio
Docetur congruenter,
Quod duplex salutatio
A turbis reverenter
Colitur absque taedio
Cum jubilo ferventer,
V. Mariae desiderio,
Elisabethi suspirio
Compleatur libenter.

In Laudibus.

Antiphonæ.

1. Circa matris viaticum
Reperiet modestia
Devoti viatoris,
Quod omnium spirituum
Complevit ministeria
Genitrix conditoris.
2. Ferventi complet gaudio
Seraphicum officium
Affectus virginalis,
Hoc probat visitatio,
Expressa per indicium
Amplexus parentalis.
3. A virginali facie
Cherubica limpiditas
Procedere notatur,
Cum signis multifarie
Latens per ipsam veritas
Cognatae revelatur.



4. Clara thronorum ratio
Affectum sanctae virginis
Redditur luminose,
Dum firmat absque dubio
Fidem in mente sterilis
De Christo vigorose.
5. Laudetur matris actio,
Per quam patris potentia
Signatur evidenter,
Aeterni verbi notio
Et spiritus clementia
Panduntur consequenter.

Ad Benedictus.

- A. Maternum jus deificum
Cum pietatis opere
Gradum praefert dominicum,
Comitem providentiae
Respectum causaturaem,
Potestas eminentiae,
Ob quam parentem sequitur,
Libram ferens justitiae,
Per quam hostem aggreditur
Humanae plasmaturaem.

Brev. ms. Franciscanum anni 1474. Cod. Hilarien. CXII. A. — Brev. ms. Romano-Franciscanum anni 1471. Cod. Rossian. s. n. B. — Brev. ms. S. Crucis Augustanae saec. 15. Clm. Monacen. 4116. C. — Brev. ms. Franciscanum anni 1492. Clm. Monacen. 23152. D. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Parisin. 760. E. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Parisin. 1064. F. — Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Londineu. Harl. 2872. G. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Roman. 1476. Sessor. 69. H. — Brev. ms. Franciscanum saec. 13. Cod. Senen. F VIII 1. add. saec. 15. I. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Trivulzian. 516. K. — Brev. ms. Placentinum saec. 14. Cod. Capit. Placent. 18. add. saec. 15. L. — Brev. ms. Placentinum saec. 15. Cod. Capit. Placent. 19. M. — Brev. ms. Minorum Bergamen. saec. 15. Cod. Capit. Patav. A 69. N. — Antiph. ms. Sedunense anni 1319. Cod. Valerien. s. n. add. saec. 15. O. — Brev. ms. S. Mariae in Augia saec. 15. Cod. Lucernen. 13 (50). P. — Brev. ms. S. Mariae in Augia saec. 14 et 15. Cod. Lucernen. 106 (35). Q. — Brev. ms. Paradisiacum saec. 15. Cod. OO. SS. Scapusien. 100. R. — Brev. ms. Dertusanum saec. 15. Cod. Capit. Dertus. s. n. S. — Brev. ms. Franciscanum saec. 14. Cod. Matriten. Bb. 166. add. saec. 15. T. — Noct. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Bambergen. Ed VII 11. U. — Brev. ms. Fratrum S. Clementis in Urbe saec. 15. Cod. Taurinen. E VI 46. V. — Diurn. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Pragen. VII H 8. W. — Diurn. ms. Hermetivillanum saec. 15. Cod. Griesen. 56. X. — Brev. Sedunense imp. s. 1 et a. Y. — Brev. Sedunense imp. Basileae 1497. Z.

In 1. Vesp. A 2, 6 almus B. — A 3, 5 gnaditer A. — A 5, 6 orta B. — Ad Magn. A, 13 sumpta fehlt B. — In 1. Noct. R 2, 5 Ad agnatum sui generis AB. — R 3, 6 Consortio sordibus cepulata A. — In 2. Noct. A 2, 2 Parienti monstratur ratum AB. — A 2, 3 Cum fehlt AB. — R 1, 1 Hoc

Istud virtutum opera
Sequi per actum virginis
Probatur, cum ad supera
Levatur mater hominis
Aeternae geniturae.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Principum altum solium
In te, Maria, nascitur,
Dum regem portas omnium
Ad oppidum parentis;
Archangelorum studium
Per te, Maria, panditur,
Cum salvum facis cuneum
Prolis atque gignentis;
Angelicum officium
A te, Maria, sumitur,
Dum visitas hospitium
In alto quiescentis,
Tuum ergo praesidium
Populo fer, qui premitur,
Ut tuum cernat filium,
Verbum cuncta cernentis.

trina clamat A. — R 1, 5 Vulgariter haec A, valga haec BD. — R 1, 6 semper febt ABD. — R 2, 5 Gratiae cultu A. — In 3. Noct. R 2, 9 Psallentium AB. — R 3, 4 Ad turbis A. — R 3, 9 Completur AB. — In Laud. A 1, 4 omni spiritus B. — A 3, 3 procedere A. — Ad Bened. A, 1 Mater ius deificum X, Maternis deificum B. — Ibid. 2 praebet B. — Ibid. 4 praesidentiae A. — Ibid. 5 causative X. — Ibid. 7. Hoc apparetur sequitur B; ob hoc, sequitur fehlen A. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 1 Principium. — Hiezu die Hymnen: In 1. Vesp. In Mariam vitae viam (Morel 87) oder: Salve sponsa Dei (Anal. XI, 49); ad Noct.: O Christi mater coelica (Mone II, 118) oder: Sator aeternus tempore statuto (Anal. XI, 49); ad Laudes: De sacro tabernaculo (Mone II, 116) oder: Ingressa domum placide (Anal. XII, 60); in 2. Vesp. Mens elevetur mira contemplando (Anal. XII, 60).

32. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Devota visitatio
 Benignae matris Dei
 Festiva consolatio
 Praesentis fit diei.
2. Lilium convallium
 Fragrans in odorem
 Ornat iter montium
 Caeli ferens florem.
3. Paradisus caelicum
 Fluctum afferebat,
 Gravidae qui filium
 Gaudio replebat.
4. Sion matrem visita,
 Mater, et veracem
 Totius Jerusalem
 Pone fines pacem.
 Ad Magnificat.
- A. Benedicta
 mater in virgine,
 Fructum ferens
 Deum in homine,
 Revelata
 sacro spiramine
 Exultavit
 praedulci carmine.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Caeli reginam gloriae,
 Venite, adoremus,
Matrem misericordiae
 Devote invocemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cuncta pater filio
 Virginis subjicit
 Ex infantis gaudio
 Laudemque perfecit.
2. Sol in tabernaculo
 Solis illucescit,
 Sponsus dum in thalamo
 Sponsae requiescit.
3. Rore caeli germinans
 Terra salvatorem
 Reficit quaerentium
 Generationem.
4. Regi stans ad dexteram
 Variis regina,
 Vide, regis filia,
 Aurem et inclina.
5. Dei tabernaculum,
 Quod sanctificavit,
 Ex te laeti impetus
 Fluminis manavit.
6. Lucerna vero lumine
 Resplenduit accensa,
 Quo nostra dragma perditae
 Naturae est inventa.

Responsoria.

1. Elisabeth ut virginis
 Senectus praesentatur,
 Salute plena populi
 Salutat, amplexatur,

- Intacta mater sterili
Matri congratulatur.
- V. In sacris claustris viscerum
Praecursor puer puerum
Messiam veneratur.
2. Exsultat infans gaudiis
In spiritu Eliae,
Laeta mater praeconiis
Resultat prophetiae,
Caeli manat deliciis
Introitus Mariae,
- V. Propter arcam Domini
Benedixit domui
Deus Zachariae.
3. Benedictam praedicat
Senex dicens ei:
Unde hoc, ut veniat
Ad me mater Dei,
In voce tua jubilat
Infans ventris mei;
- V. Felix es, quae credidisti,
Quae dicta sunt, perficiens
In ejus signum rei.
4. Laudis cum praeconio
Culta singulari,
Summo cantat gaudio
Suo salutari
Cum pudoris litio
Parens absque pari,
- V. Sola quae promeruit,
Quod tam digne debuit
Sibi modulari.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Agnus Dei,
mundi salvatio,
Virginali
latebat gremio,
Demonstravit
stantem in medio
Tunc lucerna
lucens sub modio.

2. Florida sterilitas,
Senex virtuosa
De te, Dei civitas,
Dixit gloriosa.
3. Per te, mater, omnis terra
Nova cantat cantica,
Quae in te efficit Deus,
Celebrans mirifica.
4. Lux est orta ex te justo
Rectisque laetitia,
Audit Sion et laetatur
Cum Judaeae filia.
5. Ut puella salutare
Senem coepit cominus,
Missum suum salutare
Notum fecit Dominus.
6. Virgo felix
sponso eximio
Dulci promsit
epithalamio,
Et, quem carnis
vestivit lilio,
Exsultavit
mater in filio.

Responsoria.

1. Christi sanctuarium,
Decus, honor, gaudium,
Gloria cunctorum,
Tribus quasi mensibus
Consolationibus
Servit subditorum;
- V. Omnis sic justitia
Decet, quam militia
Colit angelorum.
2. Digna, quam respiceret,
Cujus concupisceret,
Dominus decorem,
Quae non nisi parvulam
Se praebet ancillulam
Matris post honorem;
- V. Eminens sublimitas,
Cuncta sed humilitas,
Refert in datorem.
3. Felix parens
et puerperium,

- Cui adstat
Dei sacrarium,
Nequit ibi
esse periculum,
Ubi salus,
quae curat saeculum.
- V. Gabrielis
juxta praesagium
Nunc est natum
multorum gaudium.
4. Summi regis
mater eximia,
Gloriosa
caelorum domina,
Caeli melos,
mundi fiducia,
Nostra clemens
audi precamina.
- V. Stella maris
occasus nescia,
Placa nobis
maris certamina.
- In 3. Nocturno.
- Ad Cantica.
- A. Salvatoris
conceptus panditur,
Alma virgo
divina proditur,
Benedicta
praedigna dicitur,
In qua vitae
fructus exoritur.
- Responsoria.
1. Virgo, mater
misericordiae,
Senectuti
compassa gravidae,
Miserere
matris ecclesiae,
Ut in pace
lauderis placide.
- V. Interemptrix
pestis haereticae,
- Interemptrix
sis et schismatica.
2. Continet in gremio
caelum terramque regentem
Virgo Dei genitrix,
proceres comitantur heriles,
Per quos orbis ovans
Christo sub principe pollet.
- V. Virgo Dei genitrix,
quem totus non capit orbis,
In tua se clausit
viscera factus homo.
3. O gloriosa domina,
Excelsa super sidera,
Nec primam similem
visa es nec habere sequen-
tem,
Sola sine exemplo
placuisti femina Christo.
- V. Sola fuit mulier,
patuit qua janua leti,
Per quam vita reddit,
sola fuit mulier.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Scandit montes
aurora gratiae,
Luce fulgens
supernae gloriae,
Justis solem
ferens justitiae,
Novae diem
ducit laetitiae.
2. In materno
congressu melleo
Praeco parvus
dulci virgineo
Gaudet fructu
cumbens in utero,
Puer infans
colludit puer.

3. Senex plena
divino munere,
Cernens rorem
fusum in vellere,
Ignem rubum
et non comburere,
Jesse florem
clamat florescere.
4. Salvatoris
conceptus panditur,
Alma virgo
divina proditur,
Benedicta,
praedigna dicitur,
In qua vitae
fructus exoritur.
5. Virgo Deum
extollit protinus
Et exsultat
in ea spiritus,
Quod respexit
ancillam Dominus
Altis mundi
pulsis divitibus.

Brev. ms. Vallumbrosanum anni 1476. Cod. Oxonien. Miscell. Lat. 168.
A. — Brev. Monasticum saec. 15. Cod. Florentin. Magliabecce. Cl. 36.
Cod. 6. B. — Brev. ms. Olivetanum saec. 15. Cod. Senen. F VIII 7. C. —
Brev. ms. Olivetanum saec. 15. Cod. Capit. Mediolanen. 9. D. — Brev.
ms Olivetanum saec. 15. Cod. Musaei Januen. s. n. E. — Brev. Coelesti-
norum imp. Neapoli 1488. F. — Brev. Olivetanorum imp. Venetiis 1493.
G. — Brev. Olivetanorum imp. Florentiae 1521. H.

In 3. Noct. Ad Cant. A, 1 sqq. Visitatio tua, Dei genitrix, gaudium
annuntiavit etc. prosaisch. F. — R 2 und 3 entlehnen die Coelestiner und
Olivetaner Breviere aus dem Officium Adam Eastons, R 4 ist in allen: Felix
namque es sacra virgo etc. Wie dieses ist auch das R Continet in gremio
dem Commune des alten römischen Breviers entlehnt. — R 2, 3 Dei geni-
trix fehlt A. — R 2, 4 comitantur humilem A. — R 3, 3 Quae nec primam
A. — R 3, 4 visa est A. — R 3, 6 placuit virgo Christo A. — R 3, 9 rediit
A. — R 3, 10 fehlt A.

33. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Levi tribus glorietur,
Aaron stirps conlaetetur,
Radix Jesse germinat,

Ad Benedictus.

A. Visitavit
plebis redemptio
Nos in matris
puer sacrario,
Et paeconis
functus officio
Est propheta
puer in gremio.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Magna virgo
sumens paeconia
De seipsa
sentit humilia,
In datorem
refundit omnia
Ipsum laudans
psal'mi laetitia.

Prola gaudeant beata,
Novitas annuntiata
Vetustatem terminat.

2. Gaude, pater Zacharia,
Mutus diffidentia,
Visitavit te Maria
Fili'i praesentia.

3. Elisabeth, tu laetare
Caeli tibi sedulum
Regina familiare
Praebuit obsequium.
4. Filium, quem nuntiavit
Gabriel archangelus,
Matris utero beavit
Virtus sancti spiritus.
5. Felix pater, felix vetus
Novi mater hominis,
Felix utriusque fetus
Gratiosi nominis.
- R. Patriarcha, vox, propheta,
Helias missus athleta,
Lucerna, cultor eremi,
Paranymphus, limes legis,
Angelus, amicus regis,
Virgo, Baptista Domini
Praesentia gratulatur,
Matris verbo roboratur
Parvus adsistentia.
- V. Praecursor regis aeterni,
Praeco judicis superni,
Doctor paenitentiae.

Ad Magnificat.

- A. Orbi nova matrum digna
Sanctitatis clarent signa
Sese visitantium,
Virgo Deo fecunda,
Sterilis magnifica
Foetu prophetantium;
Respxit humilia
Deus homo virginus
Clausus alvo
Castro salvo,
Miles ventre conjugali;
Divina mater filia
Audi nos, caeli regina.

Ad Completorium.

Ad Nunc dimittis.

- A. Virgo, mundi luminare,
Alvo portans salutare,
Pacem, plebis gloriam,
Salva salutationis,
Tuae visitationis
Agentes memoriam.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Exsultantes occurramus
Benedictis matribus,
Salutari concinamus
Gloriam cum patribus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Elisabeth fecunda
Senex stupet gravida,
Quinque menses occultata
Erubescit pavida.
2. Coadjuvante gratia
Natura senectutis,
Vicina gaudent spatia
Nova prole salutis.
3. Sic mihi fecit Dominus,
Elisabeth clamavit,
Meum respxit cornu
Opprobrium, sanavit.

Responsoria.

1. Sextum conceptus veteris
Mensem cognatae virginis
Gabriel nuntiavit,
Exemplaris oraculi
Novitate miraculi
Sermonem confirmavit.
- V. Ancilla Deo credula
Omnia possibilia
Consensum inclinavit.
2. Aulae pectus virginalis
Patri consubstantialis
Filius ingreditur,
Dum consentit nuntiato
Virgo mysterio lato,
Angelus regreditur.
- V. Receptus mox sideribus
Illustris verbi bajulus,
Nuntius trinitatis.
3. Mater verbo Dei feta,
Deo plena, fructu laeta
Abiit in montana,

- Festinavit obsequio,
Juveculam cum gaudio
Suscepit veterana;
V. Quam salutat virgo pie
Domum intrans Zachariae,
Reserantur arcana.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Elisabeth exclamavit
Sonora voce spiritus,
Virginem praecouizavit
Informata divinitus.
2. Et unde hoc mihi donum,
Ut mater ad me Domini
Veniat, infans ad sonum
Deo applaudit homini.
3. Rex conclusum utero
Servum sacrat prophetam,
Inter natos parvulo
Dat sanctitatis metam.

Responsoria.

1. Adventum regis Domini
Cognoscentes mysterii
Vim matres parvulorum,
Salutantes se junguntur,
Caelestium conloquuntur
Mysteria donorum.
- V. Contestantur initia
Pietatis officia
Effectu gaudiorum.
2. Reparator orbis, legis,
Benedicta mater regis
Tu in mulieribus,
Carne tuus coamicus
Fructus ventris benedictus
Portatur visceribus.
- V. Prophetam quae bajulavit,
Exclamando prophetavit
Diviris muneribus.
3. Recumbens rex caenaculo
Clausum ventris umbraculo
Militem visitavit,

- Senex agnovit Dominum,
Spiritu pater luminum
Parvulum illustravit.
V. Divina clarent germina,
Quae deitas intermina
Homiribus donavit.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Elisabeth, Salvatori
Mater ad te properat,
Necessarii laboris
Nutibus obtemperat.
2. Repleta sancto spiritu
Meritis nondum nati
Exclamat: Benedicta tu,
Genitrix incarnati.
3. Conventus matrum celebris
Gaudium cumulavit,
Ventrism reclusus tenebris
Prophetans exsultavit.

Responsoria.

1. Christiferam veneratur
Senex, gaudens ancillatur
Virgo seni regia,
Servus paret libens voto
Obsequio regis toto,
Mira sunt egregia.
- V. Caelestis dono luminis
Amvae repletee numinis
Tenent privilegia.
2. Redemptor, mater regnantis,
Mater senis et infantis
Visitabat exordia,
Utero sanctificatus
Prophetavit nondum natus
Inter vitae primordia.
- V. Parvus salutantem audit,
Voce mutus gestu plaudit
Vitae natalitia.
3. Matri senex ait Christi:
Beata, quae credidisti,
Perficiuntur omnia

In te, virgo benedicta,
A Domino tibi dicta
Lucis testimonia.

V. Matres, filii junguntur,
Verbis, gestibus fruuntur
Hilari praesentia.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Regnantis mirabilia
Matribus nuntiata
Facta sunt credibilia
Populis revelata.
2. Jubilant senis atria
De salutatione,
Mater, infans et patria
In exultatione.
3. Salutare cognoverunt
Domini in gentibus,
Abdita reseraverunt
Pater, mater, parvulus.
4. Humiles, benedicite
Matrem humilitatis,
Cum pueris concinete
Hymnum sanctificatis.
5. Collaudat omnis spiritus
Te matrem creatoris,
Visitantem humilius
Parentes praecursoris.

Ad Benedictus.

A. Aurea dies praeclara,
Te luce felici rara
Oriens illustravit,
Davidica virgo praegnans,
Rex in matre caelo regnans
Cognatam visitavit,
Salutationem clausus
Alvo sentit, movet plausus
Propheta altissimi,
Adventum sciens Domini
Plebis redemptionem.

In 2. Vesperis.

Antiphonae.

1. Ex utero nondum matris
Deus ante luciferum
Natus dextra sedens patris
Senis fecundat uterum.
2. Visitavit matrem domo
Virgo prius sterilem,
Cui a Deo missus homo
Datus est in sobolem.
3. Quae dicta sunt a virgine,
His parvulus laetatur,
Dei tribus origine
Salutis gloriatur.
4. Ecce, merces ventris tui,
Virgo, fructus filii,
Quo dilecti gaudent frui
Immemores exsilii.
5. Eloquium virginale
Liquefacit parvulum,
Gaudium mox prophetale
Nuntiavit Dominum.

Ad Magnificat.

- A. Majestatis virgineo
Humilitas triclinio
Divinitus umbrata,
Salutis resonantia,
Spiritus redundantia
Parens adnunciata;
Exsultat matrum spiritus,
Applaudit parvo parvulus,
O felix visitatio,
Solatio magnifica,
Gratiae fons, mater Dei,
Sanctae spei, glorifica
Nos adspectu trinitatis.

Per Octavam.

Ad Magnificat.

- A. Imperatrix o caelorum,
Primitias gaudiorum
Amico sponso tribuis,
Beatis precatibus
Ut nos salvet reatibus
Ora regem majestatis.

Brev. ms. Lubicense saec. 15. Cod. Lubicen. (ol. 62). A. — Brev. Verdense imp. s. l. 1480. B. — In 1. Vesp. A 5, 1 felix fetus A. — In 2. Vesp. Super Ps. AA fehlen A; ebenso Per Octavam ad Magn. A. — In B geht das Officium Jensteins vorher; dann folgt die Kubrik: „Item alia historia, quam approbabit episcopus Verdensis.“ — Hymnen: In 1. Vesp.: Laeto plaudat obsequio A (Anal. XI, 45), Sacra solemnia recolit debita B (Anal. XXIII, 65); ad Complet.: Tenore mundus jubilat A (Anal. XI, 46), Laeto plaudat obsequio B.

34. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Pueri, laudate
Pro humilitate
 Virginis nunc Dominum,
Quae praegnatae beatae
Elisabeth cognatae
 Visitat hospitium.
2. Collaudent Deum populi
 Et virginem sequantur,
Per quam in Sion scopuli
 Montium inclinantur.
3. Psallam Deo nunc ex eo,
 Quod in throno similis
Cum Assuero virgo vero
 Valde paret humilis.
4. Cum ramis de arboribus
 De virgine fecunda
In via pro laboribus
 Laus Deo sit jucunda.
5. Sion, lauda Domini
 Nomen de portante
Hydriam, sed homini
 Vitam propinante.

Ad Magnificat.

- A. O humilitas profunda,
Virgo, Deo quae fecunda,
 Vatis matrem visitat,
Ad laudandum quam jucunda
Virgo sancta, virgo munda
 Salutando suscitat;
Laudis thema dat Maria,
Hinc cognatae prophetia
 Salutem plaudit hominum,
Ac devota psalmodia
Laxat laudem virgo pia
 Magnificando Dominum.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Virginem, quae visitat
 Elisabeth, laudemus,
Filium, quem bajulat,
 Hunc Deum adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quid memor est Dominus
 ejus, qui fertur in alvo,
In quod sic famulum
 visitet ipse suum?
2. Hic, qui non habuit
 sermonem sive loquelas,
In cunctam terram
 contulit, ecce, sonum.
3. Gaudens tolle tuas,
 Deus intrabit, caro, portas,
Quae montem scandit,
 hunc benedicta gerit.

Responsoria.

1. Ut sol et luna
 legitur de millibus una,
Cunctis praelata,
 tamen est summe parata,
Exemplum praestat,
 ut agamus, quae manifestat.
- V. Qui sunt hic, non commovuntur in aeternum.
2. Revera sacra nutibus
 Vult virgo obedire,
Cum princeps stat sub manibus
 Ancillae deservire,
Sic nos humiliamini
Sub forti manu Domini,
 Devote oboedire.

- V. *Jubilate Deo, omnis terra,
servite Domino in lactitiae.*
3. *Haec est visitatio,
Missa pro solatio
Altissimo de Sebo,
Quas cum observavero
Vitam possidebo,*
- V. *Notas enim mihi fecisti vias
vitae.*

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. *Erucat virgo virginum
Praegnantis in aure,
Quo gaudet praeconio
Clausus adhuc gremio.*
2. *Quam verbum petuit
altissimus hanc benedixit,
Ut virgo templum
sit benedicta suum.*
3. *Urbs bene fundata,
quae de te sunt bona lata,
Ut tibi sunt dicta,
perficiuntur ita.*

Responsoria.

1. *Adspiciam Mariam,
Humilitatis viam,
Pro montis exemplari
Cur differo sectari?
Cum sit ex dictis veterum
Valde salutiferum,*
- V. *Quod diu ponam consilia in
anima mea, dolorem in corde
meo.*
2. *Virgo ploranti
graditur sedare gravamen,
Se quia praegnanti
non hanc piget esse juvamen,
His innovante pia
sinatur amore Maria.*
- V. *Manus ejus in cophino ser-
vierunt, et panem otiosa non
comedit.*
3. *Perrexit ad imperium
Cuncta gubernantis*

*Virgo sub ministerium
Elisabeth praegnantis,
Nam qui cunctis imperat,
Haec illi praeceperat.*

- V. *Abiit autem cum festinatione
in montana ad domum Zu-
chariae.*

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. *A facie Domini
baptistam sanctificantis,
Ligna, exsultate,
miserere nam venit hujus.*
2. *A facie verbi
mons terrae se movet omnis,
Nisu quo valeat
glorificare Deum.*
3. *Ventris in obscuro
vates ovat iste cubili,
Dum sentit Dominum,
sicque revelat eum.*

Responsoria.

1. *Postquam excepit
Bathuel haec filia pergit
Ad puteum celere
gravidaeque sitim satiare
Haurit aquam vitae,
sitiens, inquit, venit ad me.*
- V. *Qui biberit ex aqua, quam
ego dabo, fiet in eo fons
aqueae salientis in vitam
aeternam.*
2. *Quam Assueras sublimavit,
In thronum sede solio
Majestatis collocavit
Ancillae sub officio,
Regina ut grandaevae
Praegnanti poenis Evae
Sit prompta in servitio.*
- V. *Quis ignorat, quin omnia haec
manus Domini fecerit?*
3. *O felix humilitas,
Quae virginem rigavit,*

In quam summa deitas
Aeternum verbum stravit,
Quae se cum tanta gratia
Servire p[re]laetitia
Cognatae mancipavit.

V. Fac,
Virgula deserti,
quod alta cedrus paradisi.

A d L a u d e s .

Antiphonae.

1. Decorem carnis induit
Ex caeli Deus rore
In virgine, quae viguit
Castissimo pudore.

Brev. ms. Sarisberiense saec. 15. Cod. Londinensis. Reg. 2 A XII. — In 1. Vesp. **A** 2, 3 Per quam in actione scopuli. — Ad Magn. **A**, 1 O er-
gänzt. — In 1. Noct. **R** 1, 8 commovebitur. — R 2, 3 virgo felicit. — In
2. Noct. **R** 2, 2 graditur se vere gravam. — **R** 2, 3 Sero quia praegnanti. —
In 3. Noct. **A** 1, 4 venit hunc. — **A** 2, 2 mons ferrei se movet omni. —
A 2, 3 Nisa quo valeat. — **A** 3, 1 Ventris in obstenso. — **R** 1, 1 Lies con-
cepit? — **R** 2, 5 ut grand; aevae fehlt. — Ad Benedictus und Magnif. in
2. Vesp. **AA** prosaisch.

35. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Mariam missus caelitus
Cum salutasset angelus,
Festina montes adiit,
Elisabeth salutavit.
2. Adventum summi judicis
Praeco clausus in utero
Cognovit, quem post indicis
Demonstravit obsequio.
3. Beata Dei genitrix,
Maria, decus virginum,
Cognatae suae obstetrix
Fit regem portans omnium.
4. Nova condens et vetera
Demonstrantur in virgine,
Johannes per initia
Cognitus saluberrima.

2. Virgo cum laetitia
Elisabeth in Domino
Servit, quo infantia
Laetatur in gremio.
3. Dum sitivit, pertransivit
Desertam terra inviam
Ad cognatam impraegnatam,
Videre Dei gloriam.
4. Virginis humilitate
Benedicant Dominum
Caelum, terra, quae praegnatae
Venit ad servitium.
5. Omnes una cum Maria
Christo demus gloriam,
Quem laudemus nunc in via,
Ut ducat ad patriam.

5. Praecursor laudat Dominum,
Dominus implet servulum
Spiritu sapientiae
Atque intelligentiae.

R. Granum quod vitae moriens
Fructum afferre venerat,
In alvo matris oriens
Antiquum stupefecerat,
Hinc clamat exsiliens
Beatam, quae crediderat.

V. Plena, inquit,
Deo et homine,
Cuncta cernens
in plenitudine.

Ad Magnificat.

A. Tu templum summac trinitatis,
Maria, virgo virginum,
Quae gestas lumen veritatis,
Regem regum altissimum;

Memor tuae humilitatis,
Quod Elisabeth visitasti,
Cohaeredes fac nos beatis,
Nato mundum tu reparasti.

A d C o m p l e t o r i u m .

Ad Nunc dimittis.

A. Turbulentos laetos fecit,
Ventre clausum dum reficit
Johannem nato inclito,
Benedicta mater Dei,
Larga datrix sanctae spei
Et solamen misero.

A d M a t u t i n u m .

Invitatorium.

Quem virginalis uterus
Super montana vexit,
Nunc adoretur Dominus
Jesus, qui nos dilexit.

I n 1. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Regali ex progenie
Mater procedens Domini,
Plena divino munere
Verbo fulget altissimi.
2. Parenz verbi Dominici
Verbo fuso laetificat
Matrem vatis mirifici,
Quam ad montana visitat.
3. Ferax est terra Domini
Venter sacrae virginis,
Qui thesaurum fert homini
Nostrae parem imaginis.

Responsoria.

1. Speciosas filias
Tractantes divitias
Mater transcendent Domini
Thesauro ventris gravi;
- V. Benedictus iste fructus,
Fructus gaudii non luctus,
Fructus dulcoris intimi.
2. Modo inaestimabili
Sol lunam inlustravit,
Maria cursu agili
Dum montes visitavit,

Gaudet puer in utero
Clausus Christo praesente
Elisabeth Christiferam
Manibus complectente.

- V. Verbum protulit suave
Cognatae intrans in conclave
Superni mater filii.
3. Vox implevit vatis mentem,
Mentem lumen sitientem,
Christus se ponens praesentem
Illi, sol justitiae;
Matres lactantur ad tactum
Divinum tractantes pactum
Salutationibus.
- V. Virga sicca germen dedit,
Virgo angelo dum credit,
Maria plena gratia.

I n 2. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Cordis cantent tripudio
Chori hic militantium
Carmen nato virgineo,
Nam vates laudat Dominum.
2. Torrens sacrati fluminis
Urbem Dei laetificat,
Maria dum vi numinis
Ore Deum magnificat.
3. Mundus exsultat flebilis
Laudes persolvens Domino,
Alvus dum tumet virginis
Sine viri contagio.

Responsoria.

1. Concurrunt sacri uteri,
Laude exsultat celebri
Johannes de praesentia
Regis, qui fecit omnia;
- V. Verbum patris altissimi
Mentem implevit servuli.
2. Miranda omni saeculo,
Stupenda quoque populo
Conveniunt insignia.
Dum Maria humillima
Vatis matrem laetificat,
Se ipsam beatificat.

- V. Jesus noster, Jesus bonus
Piae matris pium onus
Fecit haec magnalia.
R. Secreta caeli transcendit
Mater Christi, dum ascendit
Montana gressu agili,
Ventre clausum reseravat
Et Johanni demonstravit
Verbum patris altissimi;
Quod vates ut conspexit,
Mentis oculum direxit
In salvatorem saeculi.
V. Cognatarum tunc ad tactum
Claret verbum caro factum
Insigni miraculo.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cantemus laudis canticum
Christo suavi jubilo,
Quem vates novit Dominum
Clausus in matris utero.
2. Exsultet terra propere,
Multae laetentur insulae,
En, rore sanctus spiritus
Nubem replevit caelitus.
3. Immenso gaudet jubilo
Iufans matris in utero,
Maria dum altissimo
Hunc visitavit filio.

Responsoria.

1. Exsultat clausus utero
Johannes plenus spiritu
Adveniente Domino,
Qui mundum ab interitu
Descenderat salvaturus,
Morte vitam mercaturus.
- V. Cognatam dum visitat
Caelestis regina,
Dominum magnificat
Plena gratia divina.
2. Tunc refusit lumen clarum
In convalle tenebrarum,
Dum munus tot gratiarum
Prodiit divinitus;

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

- Ex te, virtutum regina,
Quae Elisabeth festina
Tuis honoras gressibus,
V. Dulcis emanavit rivus
Mellis cum stillicidio.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Haec caelestia arcana
Sunt devote celebranda,
Mater Christi dum montana
Adit, virgo veneranda.
2. Elisabeth ait piae
Matri Domini Mariae:
Unde mihi, quod me adisti,
Prolis mater adorandae?
3. Beata, quae oboedisti
Angelo et credidisti
Deo, cuncta implebuntur,
Quae ab eo promittuntur.
4. Benedicant creaturae
Infantem virginis purae,
Mentem sui praecursoris,
Quod implet favo amoris.
5. Caelum, terra atque mare
Decet nunc symphonizare
Jubilo dulcis carminis
In laudem tantae virginis.

Ad Benedictus.

- A. Clausus ineffabiliter
Puer tripudiabat,
Maria dum Elisabeth
Devote salutabat,
Montana plausu nimio
Cuneta jucundabantur,
Dum Johanne mysteria
Divina vulgabantur.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Praeparata ab aeterno
Mater Dei filio

Elisabeth salutavit
Vocis cum tripudio,
Cujus puer ventre clausus

Cod. Raigraden. $\frac{D}{K}$ I N 3 saec. 15. — In 1. Noct. R 3, 9 creditit. —

In 3. Noct. A 2, 3 spiritus sanctus. — Nach dem zweiten R folgt als drittes: O praeclara stella maris aus dem Officium Eastons und hierauf der Tropus: Mater Christi veneranda aus dem Officium Jensteins. — Hymnen: In 1. Vesp.: Magnae dies laetitiae (Mone II, 114); ad Complet.: Hymnum festivae gloriae (Mone II, 118); ad Noct.: Lingua pangat (Mone II, 120); ad Laud.: Hinc exsurgit et assurgit, ein Teil des vorigen.

36. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Sacerdos novae gratiae
Et rex aeternae gloriae,
Superni patris natus,
Sanctorum in splendoribus
Ex virginis visceribus
Est nobis incarnatus.
2. O praeclara virginitas,
Ecce, tua sterilitas
Deleteur per Mariam,
En, multae prolis fertilis
Fit virgo mater humilis,
Dum generat Messiam.
3. Eva peccans viventium
In hac valle miseriae
Fit mater miserorum,
Sed tu, Maria, omnium,
Qui vivent vita gloriae,
Es mater salvandorum.
4. Evae salus promittitur,
Quod mulier sub pedibus
Terat caput serpentis,
In te, virgo, perficitur
Istud, hostis dum fraudibus
Resistitur furentis.
5. Dum Gabriel annuntiat
Et virgo fidem reserat,
Tunc verbum incarnatur,
Laeta mater tripudiat,
Ad Elisabeth properat
Ut cum ipsa loquatur.

Ad Magnificat.

A. O mater omnis gratiae,
Maria, spes laetitiae,
In tua praesentia
Tristes consolantur;
Cognatam dum visitas,
Hanc lustrat nova claritas,
Deique mysteria
Sibi revelantur.
Laeta Deum magnificas
Teque ancillam replicas
Christum novem mensibus
In ventre portando,
Nos afflictos visita
Et mortuos resuscita
Sanctum flamen mentibus
Nostris inspirando.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Mater Dei, nos visita
Delens nostrum reatum,
Nos ad psallendum excita
Ostendens tuum natum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ex ore sanctae feminae
Mariae laus ornatur,
Hanc pro divino germine
Benedictam testatur.

2. Rex suum tabernaculum
In virgine locavit
Et ad salvandum saeculum
Ut gigas exsultavit.
3. Portas, quas Eva clauserat
Hosti consentiendo,
Virgo Maria reserat
Gabrieli credendo.

Responsoria.

1. Virgo prudens infantiam
Virtutibus ornavit,
Mox ut Dei notitiam
Intelligens captavit,
Per summam diligentiam
Ipsum timens amavit.
- V. Ab omni munda vitio
Creatoris servitio
Se totam coaptavit.
2. Ut aurora progrederis
In fide perlustratur,
Luna defectum nesciens
In mundo conversatur,
Procedens ut sol oriens
Divina contemplatur;
- V. Virtutibus proficiens,
Inter adversa patiens
Ad alta sublimatur.
3. Virginitatem voverat
Se semper servaturam,
Nec per Joseph, cui nupserat,
Se timet amissuram,
In Deum, quem dilexerat,
Spem jactat atque curam.
- V. Optat, ut serva fieret
Matris Dei, dum legeret
Virginem parituram.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. In virginali thalamo,
Dum Christus incarnatur,
Tunc sancti flatus calamo
Verbum abbreviatur.

2. O civitas refugii,
Qua Christus habitavit,
Te ros caelestis fluvii
Fecundus irrigavit.
3. Natus homo de virgine
Deus, qui nos creavit,
Caeli cives in sanguine
Suo nos consecravit.

Responsoria.

1. Virgo respondet nuntio:
Ecce, ancilla Domini;
Responsum o quam gratum!
Mox fecundatur filio,
Deus junctus est homini,
Fit verbum incarnatum.
- V. Sic datur benedictio
Sanctorum patrum semini,
Complentur verba vatuum.
2. Postquam Christum conceperat,
Ad Elisabeth properat
Et prior salutavit,
Mox ad Christi praesentiam
Johannes sensit gratiam
Et clausus exsultavit.
- V. In auribus ecclesiae
Vox tua sonet hodie,
O nata regis David.
3. Alvis tumescit virginis,
Dum Christum novem mensibus
Virum perfectum gestat,
Ex dono sancti flaminis
Nec taedio nec tristibus
Infans illam molestat;
- V. Nox instat novi luminis,
Dum angelus pastoribus
Messiam manifestat.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Congratulemar virgini,
Quae parit sine poena,
Pax nuntiatur homini,
Refulget lux amoena.

2. Per lac Mariae virginis,
Quod, Jesu rex, suxisti,
Dele flamمام libidinis
In nostra carne tristi.
3. Dum magis et pastoribus
Se Jesus revelavit,
Cor virginis cum laudibus
Haec verba conservavit.

Responsoria.

1. Dum virgo flexis genibus
Devotis staret precibus
Suspensa contemplando,
Sine dolore parvulum
Mox parit intra stabulum,
Quem levat salutando:
- V. Mi fili, bene venias,
Mi tibi Deus gratias,
Dicamus collaudando.
2. Innixa super filium
Et affluens divitiis
In caelum exaltaris,
Te chorus caeli civium
Circumdat rosis, liliis,
Sic virgo coronaris.
- V. Cunctis creatis praesidens
Et summo throno residens
Nos semper tuearis.
3. Festina, ne tardaveris,
Veni, succurre miseris,
O potens imperatrix,
Expugna vires hostium,
Sis ad te fugientium
Servorum propugnatrix;
- V. Pro nobis in judicio
Responde tuo filio,
O dulcis mediatrix.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Adstans a dextris filio,
Laudis induta pallio,
O mundi advocata,

Ad unitatis gratiam
Fluctuantem ecclesiam
Reduc cum prece grata.

2. O dispensatrix gratiae,
Regina caeli curiae,
Velata sponsa Dei,
Nos ut Johannem visita
Et leva nostra capita
In plausum sanctae spei.
3. Pretiosis monilibus
Ornata pree doloribus,
Pro nato quos tulisti,
Nos, virgo, fac recolere
Et in corde revolvere
Poenas et crucem Christi.
4. Te benedicunt sidera
Et cuncta Dei opera,
O virgo benedicta,
In tuo datur filio
Promissa benedictio
- • • • •
5. Dum dubitarent singuli
In morte Christi populi,
Tu fidem tenuisti,
Hinc regnare per omnia,
Et coronari gloria
Prae cunctis meruisti.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus Emanuel,
Qui visitavit hominem
Et redemtionem Israel
Per visitantem virginem
Intimavit praecursori,
Cum salute humili
Unde laudes salvatori
Clamantur a sterili.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O virago perinclita,
De qua vir summus sumitur,

Humilitate praedita,
Dum Deus in te clauditur,
Montana velut subdita
Petis, et lumen oritur;

Brev. Arosiense imp. Basileae 1513. — In 1. Noct. R 2, 3 pro Joseph. — In 2. Noct. R 1, 8 patrum senum. — In 3. Noct. R 3, 9 O fehlt. — In 2. Vesp. A, 4 Deus fehlt. — Hiezu die Hymnen: In 1. Vesp.: Dum patrum exspectatio (Klemming II, 164); ad Noct.: Sub medio silentio (Ibid. 166); ad Laudes: Aurora fulgens radiat (Ibid. 173).

37. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Aeterni patris filius
Mariam concupivit
De sanctorum splendoribus
In matrem introivit.
2. Lilium convallium
Fragrans in odorem
Iter ornat montium
Ferens caeli florem.
3. Paradisus caelicum
Fructum afferebat,
Gravidae qui puerum
Gaudio replebat.
4. Lucernam veri luminis
Dominus accedit,
Quo dragmam nostram perditam
Salvans apprehendit.
5. Conforta, mater, filios
Simul et veracem
Totius Hierusalem
Ponens fines pacem.
Ad Magnificat.
- A. Psalterio decachordo
Psallit virgo regia,
Dominum magnificando,
Qui fecit magnalia;
Pellens potentes de sede
Divina justitia
Servos humiles exaltans
Ex misericordia.
Ad Matutinum.
Invitorium.
Reginam caeli gloriae
Devote collaudemus,

Hinc cana pandit abdita,
Et infans clausus loquitur
Secreta caeli condita,
Verusque sol detegitur.

Matrem misericordiae,
Venite, adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Pater matris filio
Singula subjecit,
Ex infantis gaudio
Laudem quae perfecit.
2. Sol in tabernaculo
Solus illucescit,
Dum sponsus in thalamo
Sponsae requiescit.
3. Haec est terra Domini,
Quam ipse fundavit
Germineque filii
Sui fecundavit.

Responsoria.

1. Elisabeth ut virginis
Senectus praesentatur,
Hanc voce venerabili
Salutat, amplexatur,
Intacta mater sterili
Matri congratulatur.
- V. In sacris claustris viscerum
Praecursor puer puerum
Messiam protestatur.
2. Exsultat infans gaudiis
In spiritu Eliae,
Cujus mater mirabilis
Fit compos prophetiae,
Caeli manat deliciis
Introitus Mariae.

- V. Propter arcam Domini
Benedixit domui
Deus Zachariae.
3. Benedictam praedicat
Senex portam spei,
Unde hoc, ut veniat
Ad me mater Dei,
Te loquente jubilat
Infans ventris mei;
V. Beata, quae credidisti,
Perficiuntur, quae audisti,
Ecce, signum rei.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Stat in regis dextera
Gloriae regina,
Vide, regis filia,
Et aurem inclina.
2. Dei tabernaculum,
Quod ipse sacravit,
Ex te vitae fluvium
Cunctis derivavit.
3. Florida sterilitas,
Senex virtuosa,
De te, Dei civitas,
Dixit gloriosa.

Responsoria.

1. Laudis cum praeconio
Cultu singulari
Laetabatur cantico
Suo salutari
Cum pudoris lilio
Parens absque pari,
V. Nam debet ab omnibus
Generationibus
Beatificari.
2. Christi sanctuarium,
Spiritus sacrarium,
Mater pietatis,
Praegnanti solatium,
Cognatae subsidium
Administrat gratis,
V. Sic Maria nobilis
Formam vere singulis
Dat humilitatis.

3. Digna, quam respiceret,
Cujus concupisceret
Dominus decorem,
Se velut pauperculam
Praebet et ancillulam
Post matris honorem;
V. Nam virgo Christifera
Gratiarum munera
Refert in datorem.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Per te, mater, omnis terra
cantat nova cantica
Laudans, quae perfecit Deus,
in te mirabilia.
2. Per te lux est orta justis
et rectis laetitia,
Sion, audit et laetatur
cum Judaeae filia.
3. Dum coepit virgo salutare
senem piis vocibus,
Missum suum salutare
notum fecit Dominus.

Responsoria.

1. Felix parens
et puerperium.
Quibus adest
regina virginum,
Ibi nequit
esse periculum,
Ubi salus,
quae curat saeculum;
V. Gabrielis
juxta praesagium
Tunc est natum
maltorum gaudium.
2. Gloriosa
caelorum domina,
Sponsa regis
et mater inclita,
Caeli melos,
mundi fiducia,
Nostra clemens
audi precamina;

V. Stella maris
 occasus nescia
 Placa nobis
 mundi certamina.
 3. Regalis stirpis virginem
 Ob sui pulchritudinem
 Rex summus adamavit,
 Clandestinum connubium
 Infans per matris uterum
 Exsultans revelavit.
 V. Joseph, noli metuere,
 Quod natum est a conjugi,
 De spiritu manavit.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Scandit montes
 aurora gratiae
 Luce fulgens
 caelestis gloriae,
 Justis ferens
 solem justitiae
 Diem monstrat
 novae laetitiae.
2. In concursu
 matrum cum gaudio
 Praeco parvus
 carens eloquio,
 Servus regem
 noscens in utero,
 Puer infans
 colludit puero.
3. Senex plena
 caelesti munere
 Rorem fusum
 cernens in vellere,
 Flammam ignis
 rubum non urere,
 Jesse virgam
 clamat florescere.

4. Salvatoris
 conceptus panditur,
 Virgo pura
 mater efficitur,
 Benedicta
 praedigne dicitur,
 In qua vitae
 fructus exoritur.
 5. Mater pia,
 plena virtutibus,
 Deum laudat
 fervore spiritus
 Ipsi psallens
 cum laetis vocibus,
 Quod respexit
 ancillam Dominus.

Ad Benedictus.

- A. Redemptor rex Israel
 venit in virgine,
 Repletur Elisabeth
 sacro spiramine,
 Prophetat puerulus
 in rerum ordine,
 Miranda fit novitas,
 laus tibi, Domine.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Exsultat virgo virginum
 in Deo salutari,
 Confortans semen Abrahae
 gratia singulari,
 Quod patribus promissum est,
 in fide regulari,
 Verbum de caelo missum est
 in radio solari.

Brev. Eboracense imp. Parisiis 1526. A. — Brev. Aberdonense imp. Edinburgae 1510. B. — In 1. Vesp. R Exsultet infans gaudiis etc. — Ad Magn. A, 1 In psalterio B. — Ibid. 8. Ex fehlt. B. — In 2. Noct. A 1, 3
 hoc inclina B. — Hymnen: In 1. Vesp.: Festum matris gloriosae (Daniel I, 310); ad Noct.: Mundi salus adfutura (Daniel I, 311); ad Laud.: O salutaris fulgens stella maris (Anal. XI, 48). — Vgl. das Officium Devota visitatio.

38. De Visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Properavit virgo mater,
Dicit hanc supernus pater
Visitare sterilem.
2. Haec via ibat levigata
Fructu ventris impregnata
In montana veniens.
3. Jam subiit domum bilarem
Elisabeth, quam sterilem
Fecundavit Dominus.
4. Laetus infans exsultavit,
Clausus ventre jubilavit
Johannes suo Domino.
5. Ille venit nuntiare
Toti mundo salutare,
Jesum Dei filium.
- R. Veni, decus virginum,
Veni, manna dulcissimum,
Ostende patrocinium
Nobis ferens auxilium;
- V. Clausus Johannes utero
Mira promit cum jubilo
Praesentiens mysterium.

Ad Magnificat.

- A. Patent magna sed stupenda,
Anus clamat: o miranda,
Unde hoc meo nomini
Potuit esse datum,
Ut me mater Domini
Veniat visitatum.

Ad Completorium.

Super Psalmos.

- A. Visitavit
Virgo uxorem,
Salutavit
Junior seniorem.

Ad Nunc dimittis.
- A. Ad me venit
Mater salvatoris,
Qui me fecit
Sui matrem praecursoris.

Ad Matutinum,

Invitatorium.

Christum regem adoremus,
Cujus matrem sociemus
Visitantem sterilem.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Postquam virgo salutatur,
Conceptura nuntiatur
Hunc, cui salutis est nomen
Et admirabile numen.
2. Visitavit virgo mater
Matrem fecundosam,
Quam fecundavit Deus pater,
Cujus caeli evariant gloriam.
3. Certum est testimonium
Virginis beatae
Dato sibi indicio
Elisabeth cognatae,
Qui fructum dat altissimus
Orbis terrarum Dominus.

Responsoria.

1. Ave cum dixit angelus
Virginis beatae,
Admirans illa obstupuit
Saluti visitatae,
Quia modum nescit,
quo foret salutata;
- V. Referentis angeli sermone
Virgo est turbata.
2. Cor titubans eloquium
Confirmat testimonium
Datum sibi per angelum
Per Elisabeth senium;
- V. Haec dum in sermonis
turbatur eloquio,
Miro confortatur
et vero testimonio.
3. Jucundata est Maria
Fide structa spiritali,
Quam nunquam deseruit,

- Sed firmius radicavit
Sibi dato senio
Elisabeth testimonio.
V. Ea, quae dicta
Sunt per angelum,
Ut pareret Dei filium,
Missus demonstrat clarius.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cordis laudem jubilosam
Virgo mater promulgavit,
Cum salutat pie annosam,
Dulce verbum eructavit.
2. Re congaudet facta mater
Sterilis in senium,
Adesse noscens nostriis malis
Deum virtutis et refugium.
3. Infans iste, quem concepi
Praeconem tai filii,
Exsultavit, ut percepi,
In voce matris Domini,
Quae mons est et fundamentum
Firmae nostrae fidei.

Responsoria.

1. Plena virgo gratia
Spiritus superni,
Filio jam gravida
Patris sempiterni,
Certa surgit de nuntio,
Ut in montana properet,
Et summo cum tripudio
Cognatam senem visitet.
- V. Incedit virgo, mater salvatoris,
Nullo gravata pondere,
Sed onere
Leviata pudoris.
2. Superna petit, quae concepit
Verbum, Dei filium,
Laeta pro voto mysticum
Nobis praebens auxilium,
Ut celsa virtutum convallibus
Quaeramus et lilium;

- V. Fide, spe et caritate
Virgo gressus dirigen
Pergit, sua sanctitate
Exemplum nobis exhibens.
3. O gloriosa domina,
Excelsa supra sidera,
Tu nam fecunda sterilem
Puellaque vetulam
Dignata es visitare,
Ut castitatis habitum
Monstrares per obsequium
Humilitatis.
- V. Patet, ut quo
virgo sit castior,
Eo decet,
ut sit humilior.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Visitanti limina
Vetulae cognatae
Laudem cum matre Domini
Domino cantate.
2. Per tres menses Elisabeth
Maria visitavit,
In qua Jesus de Nazareth
Rex Dominus regnavit.
3. Vale, virgo sacratissima,
Et plus quam speciosissima,
Tu gloriosa filia,
Novum cantans exordium
Inclinasti Dominum,
Qui fecit mirabilia.

Responsoria.

1. Venit praegnans ad praegnancem
Virgo, sed non ad virginem,
Latens sentit latitantem,
Rex visitavit militem,
Illa vocem sentit
Virginis beatae,
Clausus ille mysterium
Dominii probatae.
- V. Salutem ut intulit
virgo facta mater,

- Mira sentit sterilis
et infans in veritate.
2. Matrem sanctificat filius
Ante conceptionem,
Sterilem replet paraclitus
Post impregnationem,
Nam sancto docta spiritu
Anus prophetat virginis
Dans benedictionem:
V. Benedicta tu a Domino
In generatione,
Quia tu credens angelo
Portans salvationem.
3. Ecce, vere beata,
Quae nec primam similem
Visa est nec habere sequentem,
Quia sola sine exemplo
Placuit virgo Christo;
V. Sacerdote praestantior
Summum per amorem,
Cunctis virgo constantior
Correxit errorem.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Magnificavit Dominum
Maria, virgo beata,
Quae decorum regnans induit
Eidem sociata.
2. Tuus exsultavit spiritus
In Deo salutari,
Cui omnis terra jubilet
Laetitia singulari.

Brev. ms. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1527. — In 1. Vesp. A 2, 2
Fructu ergänzt. — In 1. Noct. R 1, 7 Reserentis. — In 2. Noct. A 3, 3
et percepi. — R 3, 10 castior virgo sit. — In 3. Noct. R 3, 2 sqq. Cfr. Se-
dulius, Carm. Pasch. II, 68 sqq. — Die zu diesem Officium gehörigen Hymnen
vgl. Anal. XX.

39. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Super Psalms.

- A. O Maria stans sub cruce
Triumphante Christo duce
Per mortem turpissimam,

3. Ad Deum de luce vigilans,
Qui te fecit gloriosam,
Hinc te praedicant beatam
Omnes gentes gratiosam.
4. Benedicite opera
Vestro cuncta Domino,
Nam humiles, qui magna fecit,
Virginis erexit in paeconio.

5. Lauda tu de caelis,
Filia Sion, Dominum,
Qui misereri memorans
Se tibi dedit filium.

Ad Benedictus.

- A. Super es summa, beata,
Quae credidisti, domina,
Angelo nuntiata,
Summe secreta, femina,
Quae sibi dixit Dominus
Plebem suam visitans,
Tuus benedictus filius.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Laeta pro voto surgens
Ut stella matutina,
In montana progreditur,
Ipsa virgo festina,
Quae dum Elisabeth salutat
In domo Zachariae,
Johannes infans jubilat
Fructu ventris Mariae.

- Corde martyr extitisti,
Anceps ensis, quem sensisti,
Tuam transit animam;
Dolor cessit, cum surrexit,
Nobis vitae spem porrexit
Praesidens in gloria;

Fac nos, virgo, suae mortis
Et tui doloris fortis
Fervere memoria.

Ad Magnificat.

- A. Jesu, nate de virgine
Sine virili semine,
Qui mortem crucis pateris,
Suffossus plagis asperis
Amore matris anxiae,
Nostrae parcas miseriae,
Ac ejus fletus copia
Nos ducat ad caelestia.

Ad Completorium.

Super Psalmos.

- A. Clara fides ecclesiae
Repulso omni errore
Sola fuit in virgine
Sepulto Christi corpore.

Ad Nunc dimittis.

- A. Morte Christi consummata
Mater fide roborata
Redditur aequanimis,
Natum sciens surrectum
Et cum patre fruitur
Sedibus potissimis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Cum Maria virgine,
Venite, ploremus
Ac in cruce positum
Jesum adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quando Christus vulneratur,
Palmis foedis flagellatur,
Strictus flagris plurimis,
Virgo corde lacessita,
Quasi foret sine vita,
Corruit exanimis.

2. Extra castra ductus Jesus,
Vinctus, sputus, pugnis caesus,
Crucem fert in publicum,
Mater sequens agnum mitem,
Repraesentans Sunamitem,
Natum deflet unicum.

3. Calvum rident Elisaeum,
Jesum nudum verum Deum
Illudebant aemuli,
Dum sic natum dehonestant,
Dolorosae commolestant
Matris mentem stimuli.

Responsoria.

1. Tamquam latro capitul
Deus homo Christus,
Caeditur, conspuitur,
Alapis afflatus,
Fere mater moritur,
Obaudiens ictus,
V. Dum cruci affigitur
Et clavis confoditur,
Virginis genitus.
2. Aeterni patris filius
Spinis pungi tolerabat,
Et ejus matris animus
Flere amare amabat,
Gladiabatur cor ejus,
Quia amare dolebat,
V. Crucianta singultibus,
Fatigata ploratibus
Pedibus stare nequibat.
3. Christus carne tenerrimus
Nudus affigitur cruci
Et se dixit derelictus:
Heli, lama sabacthani?
Magnus dolor matris ejus
Extra non potest effundi.
V. Inter latrones positus
Atque aceto potatus
Moritur filius Dei.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quis matris martyrium
Posset lingua fari,

Cum sentiret in cruce
Filiū clavari.

2. Doloris tunc gladius
Pertransivit cor tuum,
O mater benedicta,
Dum plenum ivořibus
Vidisti tuum natum
Tensem in cruce alta.

3. O quam flebilis eventus
Quamque est amara hora,
Qua moritur filius
Intuente matre cara,
Quae sic torquetur amplius,
Nulla valens obsequia
Nato dare nisi luctus.

Responsoria.

1. Sicut spina rosae florem
Non immutat vel odorem,
Quin crescat vicinus,
Ita, virgo, tuam mentem
Cunctis donis redolentem
Furor fugit obvius;
Immo videns flagellari
Et in cruce conclavari
Tuum unigenitum,
Patienter sufferebas
Et constanter requirebas
Dextrae Dei digitum;
V. Confer opem tuam prece,
Ne mundi prosperitas
Nos exaëctet sua faece
Vel premat adversitas.

2. Color formosus mutatur,
Heu, in mortis pallorem,
Dum in terram miratur
Sacrum fluere cruentum;
V. Poena mater
torquetur immensa,
Hinc lamenta,
illinc suspiria.

3. Innocens et expers criminis
Moritur misertus hominis,
Cum simus causa suplicii,
Simus et maeroris socii,

Virginis matris et filii
Nos urgent amoris stimuli.

- V. Recolamus cum lacrimis
Tristitiam genitricis
Gratiam petentes geniti.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Christus crucis in ambone
Constitutus et agone
Septem verba protulit,
Mater praesens tribulata
Tam patrata quam prolata
Secum silens contulit.
2. O virgo, quo tormento
Torquebatur cor tuum,
Dum audisti Dominum
Dicentem: Sitio?
3. Nimis cruciabatur
Tuus spiritus,
O pia domina,
Dum moriebatur
Tuus filius
Clamans voce magna.

Responsoria.

1. Tollentibus occisum
Vobis gratias agam,
Sustinet modicum,
Ut natum meum tangam,
Complectar nunc filium,
Deosculer et plangam,
Illum saltem mortuum
Amplexibus constringam,
V. Quem crucis patibulum
Tulit in supplicium
Ad poenamque longam.
2. Haec se supra corpus jecit,
Lacrimando madefecit
Fletus unda irrigantis
Sacrum vultum filii,
Se affixit et sic fecit
Resoluta in lamentis
Planctum unigeniti;

- V. Oculi deflent virginis
Mortem Dei et hominis.
3. Cordis indicat amorem
Mater carens omni dolo
Intensumque fert languorem
Pro jacente in tumulo,
Plures movet ad maerorem
Suo luctu quaerulo;
V. Vis doloris intus latens
Vocem raucam extra mittens
Luctus pandit rigorem.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Perennalis mater vitae,
Videns pungi latus mite
Militari lancea,
Maluisti sic turbari
Et cor tuum vulnerari
Cum doloris framea.
2. Squalet filii facies,
Quae est sputis inquinata,
Ejus matris species
In pallorem est mutata.
3. Horruit virginis auditus
Blasphemos audiendo,
Exasperat ejus adspectus
Paricidas videndo.
4. Mariae, almae virginis,
Oculi uberrimo
Fletu intumuerunt,
Suique membra corporis
Fili cruciatu
Viso contremuerunt.

5. Morienti dulci nato
Quamquam corde sauciato
Mater adstans flebilis,
Virginalis quisque gestus
Et te decens et modestus
Perseverat stabilis.

Ad Benedictus.

- A. Christo passo mortem crucis
Ecclipsantur orbes lucis,
Solum terrae tremuit,
Disperguntur quique noti,
Oblitores sui voti,
Caritas refriguit;
Sola mater tenet fidem,
Constans docet, quod et idem
Resurget in gloria;
Verae doctrix disciplinae
Nobis donet sine fine
Perfrui laetitia.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Ante thronum trinitatis
Miserorum miserata,
Pia mater pietatis,
Sis pro nobis advoca,
Quae super poenis cunctis
Tui nati et aerumnis
Atque ejus infamiis
Et notorum absentia
Nec non culpae tuae gentis
In immensum es afficta,
Ne similia sint nobis
Modo quaecunque noxia,
Merito tui doloris
Da optata remedia.

Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Parisin. 1305. A. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Mazarin. 356 (768). B. — Brev. Praedicatorum imp. Venetiis 1514. C. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. D. — Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. E.

In 1. Vesp. Super P. A, 6 transiit C. — In 1. Noct. A 1, 2 Palmis cedis flagellatur A. — A 3, 5 cum molestant D. — R 1, 6 tales ietus C. — R 1, 8 Dum clavis A. — R 1, 9 Sanctae Mariae genitus C. — R 2, 1 Aeterna patris filium D. — R 2 lautet in C:

- R. Cum vidit supplicia proli exquisita,
Torquetur angustia mater infinita,
Triduano spatio dum langueret ita,
Squalet ejus facies nuper tam polita.
V. Poena tam exasperans nunquam est audita,
Longe ei carior mors erat quam vita.

Auch das dritte Responsorium derselben Nocturn ist in C ein anderes:

- R. Clamor Christi matrem angustiat
Nullus planetus plangentem satiat,
Est utriusque summa compassio,
Nam praecessit summa dilectio.
V. Agnus mitis caput excutiens
Heli clamat in cruce moriens,
Mater virgo, cum natus moritur,
Ad clamorem fere commoritur.

In 2. Noct. A 1, 4 Filium clamare D. — R 2 lauet in C:

- R. Qualem dicam, domina, poenam pertulisti,
Crucifixo Domino quando tu dixisti:
Noli me superstite solus mortem pati,
Fiat, quaeso, similis mors matris et nati:
V. Noli me relinquere, Jesu, fili bone,
Fac, ut tecum moriar tali passione.

R 3, 6 Nos urgeat stimulus amoris D. — R 3, 7 Recolimus C. — In 3. Noct. A 1, 1 sqq. O virgo quo tormento etc. C. — A 2, 1 sqq. Nimis cruciabatur etc. C. — A 3 lauet in C:

Virgo, tuum filium in cruce clavatum
Redde tuis precibus miseris placatum.

Auch die Responsorien dieser Nocturn sind in C sämtlich verschieden:

1. Consolari mater non potuit,
Sic tractatum videns, quem genuit,
Certe tantum dolorem habuit,
Quantum ille, qui tot sustinuit.
V. Mortem ejus videns, quem aluit,
Nulla mater tam multum doluit.

2. Regina clementissima,
Virgo mater Christi,
Cum videres filium,
Tuum primogenitum
Mori morte tristi,
Non suis tortoribus
Anxia fuisti,
Sed dolens et ejulans
Temet affixisti,
V. Manus torquens acriter
Anxia flevisti,
Nil, quod esset indecens,
Improbis dixisti.

3. Cum videret, quod clauso tumulo
Tam dulci privaretur speculo,
Praedilecto stat cum discipulo,
Corde magis plorat quam oculo,
V. Fletum movit adstanti populo
Lacrimarum fluente rivulo.

In Laudibus hat C folgende fünf Antiphonen:

1. Cor nostrum ploret et oculus,
Nos pungat amoris stimulus,
Heu, mater carens contagio
Tam dulci privatur filio.
2. Fit nox nimis flebilis,
Nox nimis amara,
Quando Jesus capitul,
Ejus proles cara.
3. Stat Maria, mater pia,
Foris plorans acriter,
Regem mundi furibundi
Dum tractant tam viliter.
4. Quam putamus matris maestitiam,
Cum videret prolis angustiam,
Non est dolor ut matris virginis,
Mortem plorantis Dei et hominis.
5. Omnis actas defeat
mortem salvatoris
Gloriosae virginis
praetextu doloris.

Die Hymnen dieses Officiums vergl. Anal. XII. Nr. 106—108.

40. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Stabat mater anxiata
Juxta crucem filii,
Poenas volvens mente grata
Simeonis gladii.
 2. Vultum gessit tremebundum
Et perfusum lacrimis,
Dum respergit sitibundum
Natum in suppliciis.
 3. Linquens Jesum benedicta
Triste per concambium,
Acceptavit hinc afflita
Zebedaei filium.
 4. Vedit nato dum parari
Poenas in patibulo,
Haec a novo molestari
Coepit improposito.
 5. A maero re nos tuere
Crucis per ludibria,
Christe, nostri miserere
Matris per suspiria.
- Ad Magnificat.

- A. Planctus fundis, o Maria,
Nam doloris prophetia
Tuam transit animam,
Corde martyres sub cruce
Triumphante Christo duce
Per mortem turpissimam;

Dolor cessit,
Lux accrescit
Crucis per memoriam,
Dum surrexit,
Spem porrexit
Ad aeternam gloriam.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Voces ex praecordiis
Dulcisonas haerite,
Flentes poenam virginis,
Christicolae, venite.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Nox insomnis ducitur,
In qua Christus patitur,
Virgo dum vigilias
Celebrat maestissimas.
2. Jesum dum discipulus
Tradit specialis,
Praeparatur gladius
Virgini poenalis.
3. A matris praesentia
Dum cessit dilectus,
Flet ex vehementia
Maternus affectus.

Responsoria.

1. Jucundare, concio,
Plausu symphoniae,
Colitur compassio,
Gemitus Mariae,
Laeta nam paeconia
Hujus philomenae
Celebrat ecclesia
Voto laudis plenae.
- V. Turturis suspirium
Cur obliviscamur?
Virginis martyrium
Flentes amplectamur.
2. Hortus virens et conclusus
Emarcescit penitus,
Dum in horto fit detrusus
Matris unigenitus,
Huic oranti liquor sudit
Gravis et cruentus,
- V. Hanc lamenti fluxus uadat
Tremor et virgineus.
3. Peracto concilio
Caiphae in atrio
Catenatus ducitur,
Velatus illuditur
Jesus, mundi gloria,
Salvans nos a scoria;
- V. Virgo, vellus maduit
Sacrum Gedeonis.
Cor afflictum tepuit
Lacrimarum donis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Mater cum intuitur,
Hora tertiarum
Natus crucifigitur
Lingulis turbarum.
2. Cruce pressum poenis fessum
Flebilis erexit,
Coronatum, purpuratum
Virgo dum respexit.
3. Virgo videns flagellari
Et in cruce conclavari
Suum primogenitum,

Patienter sufferebat
Et constanter requirebat
Dextrae Dei digitum.

Responsoria.

1. Immolandus ligna gerit,
Patri parens locum quaerit
Patriarchae filius,
Cruce Christus oneratur,
Maesta mater comitatur,
Damnatur innoxius;
- V. Dum Mariam hic respexit,
Consolatur, nam dilexit
Corde quamvis anxius.
2. Virgine qui gignitur
Ingenti tripudio,
Palam crucifigitur
Summo cum ludibrio;
Inquit: Nato parcite,
Matrem crucifigite
Aut in crucis stipite
Utrosque configite.
- V. Qui decorus oritur
Clara natione,
Heu, jam solus moritur
Ficta ratione.
3. Stella maris, candoris ebur,
speculum paradisi,
Fons veniae, porta
caeli, timor ast inimici,
Lapsis propitia,
caecis via, virgo Maria,
- V. Ductrix caecorum
dulcis, memor esto tuorum.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Natus pallet, conclaveatus
Diro cruciamine,
Vultus squalet madidatus
Matris in certamine.
2. Vixit ut emorta
Facie polita,
Illi mors occidua
Placet plus quam vita.

3. Quanta mirabilia
Deus patefecit,
Inter terribilia
Dum matrem refecit.

Responsoria.

1. Virgo pallent tuae genae,
Quando subdi crucis poenae
Vides unigenitum,
Spinae caput tunc contingunt,
Manus, pedes clavi stringunt
Nullum ob demeritum,
V. Te Judaei dolo cingunt
Suum ad interitum.

2. O Maria, porta vitae,
Videns pungi latus mite
Militari cuspidem,
Maluisti sic turbari
Et cor tuum vulnerari
Ferro mortis trepidae,
V. Ut aeterna morte digni
Salvarentur hoc insigni
Salutari capite.

3. Diva sponsa, mater pia,
Virgo dulcis, o Maria,
Fac, quod hostem superemus
Et quod Deum collaudemus,
Qui per crucem et tormenta
Hostem stravit et lamenta
Revocat in gaudium.
V.

O immensam deitatem,
Quae humanam pravitatem
Sustulit per filium.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Ligno crucis moriturus
Hostem saevum devicturus
Cum regnaret Dominus,

Vocem audit exclamantis,
Sese patri commendantis,
Mater adstans comminus.

2. Sola cum discipulo
Percusso pastore
Adstat flens patibulo
Cordis in angore.
3. Bellum movet caritatis
Suis rex vulneribus,
Curam praestet sauciatis
Virgo cum doloribus.
4. Constitutus in agone
Septem verba protulit,
Quae revolvens ratione
Virgo secum contulit.

5. Orbis tremunt elementa
Cum dolente virgine,
Carpunt luna, sol lamenta
Christi fuso sanguine.

Ad Benedictus.

A. Christus Deus benedictus,
Dum penderet sic afflictus
Inclinato capite,
Angelorum hierarchiae
Condolentes sunt Mariae
Palam crucis stipite.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Dulci nato desolato
Dum adstaret flebilis,
Decens gestus et modestus
Matri manet stabilis,
Servat fidem, donec idem
Plebi surgens indicat,
Tunc renatos patri gratos
Dominus magnificat.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. Die zum Officium gehörigen Hymnen cfr. Klemming II, 184, 186 und 190.

41. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Sion sancta, gratulare,
Christi matrem venerare
Symphoniae cantico,
Nam transfixa ense diro,
Dum adstaret gestu miro
Passo carne Domino.

2. Mente, actu,
usu elimina,
Jesu, per nos
contracta crimina,
Jubilizent
ut nostra corcula
Dura tuae
parentis vulnera.
3. Sunt muero Simeonis,
perditio duodennis,
Fuga Herodis
caput probri, virgo perennis.
4. Omnes gentes, flentes properate
Flenti Mariae hymnum cantate,
Nam sustulit ludibria
A gente nimis impia.
5. Sion et Hierusalem
Christus confortavit,
Dum in cruce nudulus
Orcum reseravat,
Jubilet altissimo
Omnis ergo natio.

- R. Stella maris, candoris ebur,
speculum paradisi,
Fons veniae, caeli janua,
o virgo Maria,
Ore favus, corde
lumen, in aure melos,
- V. Esto memor memorum
tuorum opprobiorum.

Ad Magnificat.

- A. Matris ad filium
Nunquam erat talis
Caritatis unio,
Ut virginis regalis

Ad Jesum; probat hoc
individualis
Cognatio carnis
stolaque totalis,
Suavitas affatus,
Nullitas reatus;
Non est alter ergo talis
Sicut dolor virginalis.

A d Completorium.

Ad Nunc dimittis.

- A. Nunc dimittas, Domine,
Nos famulos in pace
Ac jugiter illumines
Caritatis face,
Ut versemus lacrimas
Mariae dolorosas.

A d Matutin u m.

Invitatorium.

Senes et juvenes,
alacres venite,
Virginis angores
cordibus baurite,
Ferventer plorate,
Christum adorare.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Regalis virgo Davidis
Et mater admirabilis
Contremuit corde lugubris,
Dum datur Christus perfidis.
2. Cedit vox atque sensus,
Dum Jesus apprehensus
Nuntiatur virgini
Pro reatu populi.
3. Tractatur Dei filius
Longe latrone vilius,
Gemit, plorat mater mitis,
Crescit sibi mortis sitis.

Responsoria.

1. Sit cordis desiderium
Et comae refrigerium

- Christi corona spinea,
Crux, claves atque lancea,
Acetum, fel, opprobria,
Quae tulit ipse plurima;
V. Maeroris simus socii,
Nam ejus res supplici.
2. Virgo, tuae lacrimae
Nobis dent saporem,
Caritatis geminae
Ingerant calorem,
Ut glutinemur superis
Ira placata vindicis.
V. Sic vere caput teritur
bestiae funestae
Calce virginico
ut prodit verbum caeleste.
3. Caiphae in atrio
Acto tunc consilio
Catenatus ducitur,
Carceri detruditur
Jesus, mundi gloria,
Trahens nos a scoria.
V. Virgo vellus maduit
sacrum Gedeonis,
Delibutum valide
lacrimarum donis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgo quem genuit
Ingenti cum tripudio,
Palam crucifigitur
Summo cum ludibrio,
Sic crepunt nostra vincula
Agente Christi gratia.
2. Multa tam aspera
Cum esset inaudita,
Exoptat virgo exui
Hac labili vita.
3. Triduo squalet Mariae
Facies polita,
Messiae supplicia
Nam erant exquisita.

Responsoria.

1. Maria ut audivit
Hora tertiarum
Crucifigi Dominum
Lingulis turbarum,
Purpuratum, coronatum
Eum dum despexit,
Cruci pressum, morti datum
Plebs ut hunc evexit,
V. Imbibit tunc rosa
Rubens mortis pallorem,
Perdunt hinc caelestia
Corpora decorem.
2. Crucis trutinulae
Dum esset appensus
Ac jugi pro foedere
Christus extensus,
Trutinat ac numerat
Censum impensum,
Patrem ut leniat
Scelere offensum;
- V. Tunc planxit virgo jugiter,
Ut a patratis nequiter
Purgaret efficaciter.
3. Natus pallet conclavatus,
Salutaris nobis datus,
Ait mater dolorosa:
Plebs me tolle vitiosa,
Nam medela est commori
Virgac Jesse sancto flori.
- V. Turgente dolore
Non Noemi pulchra,
Mara sed amara
Juste vocitata.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quanto cruciamine
Virgo perturbatur,
Conceptus de flamine
Quando flagellatur,
Movet luctu quaerulo
Non paucos e populo.

2. Caesus ut educitur,
Populo ostenditur,
Fit mater ut emortua
Clamoris mota furia.
3. Ecce, mirabilia
Deus quanta fecit,
Dum prostratum hominem
sanguine refecit;
Pelicanus moritur,
Pullus sic reficitur.
- Responsoria.
1. Gratas lacrimas,
Mater, tu fudisti,
Salsas, puras, calidas,
Fixa dum stetisti
In Golgotha colle
Ad faciem Messiae,
Supplicamus, impertire
Has nobis pie.
- V. Intra cubiculum
Veri Salomonis
Refer chirographum
Relaxationis.
2. Celsior martyrum
Martyr mente stat corona
Exspirante Domino
Diei hora nona;
Sperat redempturum,
Horret moriturn,
Gerit sic contraria.
- V. Gaudet victoria
Caelitus edocta,
Horret supplicium
Amore decocta.
3. Virgo, salus per te datur,
Per te hostis triumphatur,
Da, ut Deum collaudemus,
Per te hostem superemus,
Nam planctus jam in gaudium
Conversus est per filium.
- V. Nobis tactu fimbriae
Mundari a peccatis
Confer ac semper refici
Melle deitatis.

- Ad Laudes.
- Antiphonae.
1. Diadema spineum
intulit dolorem
Reverendae virgini,
dum traxit cruentum
Messiae de vertice
regnis cariorem.
2. Pastore percosso
Gregeque disperso
Haec maerens cum discipulo
Crucis adstat patibulo.
3. Tui probri memores
Mundo moriantur,
Vivant, mater, tibi,
Ut benedicantur
Sacro ac flamme
Semper repleantur.
4. Benedicite Domino,
Omnia creata,
Extans deserta quoque,
Ave, virgo beata.
5. O sancta theotocos,
tu interiorem
Hominem irradia,
da carni vigorem,
Collaudet ut utrumque
suum creatorem.
- Ad Benedictus.
- A. Aeternus Deus Israel,
Corpore afflatus,
Nobiscum ac Emanuel
Semper benedictus,
Qui tulit nos a tenebris
Cruci conclavatus,
Dum rediit ab inferis
In caelum elevatus;
Sit hyperdulia digna
Virgo benedicta,
Messiae parens benigna,
Varie afflita.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Corpus, en, lacerum
dum virgo tractavit,
Submissum de cruce
in sinum oravit:
Dignitas regalis,
O gloria mundi,

Nunc quantum dimersa
In limum profundi!
Jam, heu, emarcuit
Ave et gaudium
Caelitus emissum
Olim per angelum,
Quaeso, jam esto
tutor tuorum,
Ne pereant
irruptu luporum.

Brev. ms. Sutphaniense saec. 15. Cod. Bollandian. s. n. A. — Brev. Sleswicense imp. Sleswici 1512. B. — In 1. Noct. **R** 1, 3 spina B. — **R** 3, 8 Noema. — In 3. Noct. **R** 1, 4 Fixit dum B. — In Laud. **A** 4, 3 Exstat exserta B. — Hymnen: ad Vesp.: Adsunt probra matris (Anal. XI, 53); ad Complet.: Multo lassati crimine (Anal. XII, 63).

42. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Eja, nunc fideles Christi,
Patris verbo, matri tristi
Laudes decantemus,
Pia mente revolentes
Horum poenas et colentes
Suplices laudemus.
2. Maria Jesum detulit,
In templo ipsum obtulit,
Quis potest haec concipere?
Senex divino opere
Venit ad templum propere
Ulnis Jesum suscipere.
3. Simeon tunc prophetavit,
Dolenti matri indicavit
Futuram miseriam,
Tunc cor ejus vulneratur,
Supra modum anxiatur
Sentiens angustiam.
4. In Aegyptum, o Maria,
Transfers Jesum maesta via,
Dum angelus per somnium
Joseph sponsum admoneret,
Rex Herodes ne deleret
Salvatorem omnium.

5. Jesum amisit triduo
Mater dolore nimio,
Hinc ipsum requirebat,
Virgo tunc intravit templum,
Multis extans in exemplum
Matri surgens parcebatur.

Ad Magnificat.

- A. Non me formosam
Noemi, sed dicite Maram,
Namque dolore meum
Dominus cor valde replevit,
Factaque septena
gladii sum pervia poena;
Ecce, tuam ipsius
gladius pertransiet, inquit,
Sanctam animam, Simeon
in templo, virgo Maria.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum dolentem
Et matrem maerentem,
Venite, adoremus.

A d N o c t u r n u m .

Antiphonae.

1. Jesus dum nocte capitur,
Ut latro ferox rapitur,
Cor matris laceratur,
Vellunt, pellunt atrocius,
Mactant, tractant ferocius,
Maria vulneratur.
2. Verberabant divas genas
Et colaphizantes poenas
Infigunt atrocissime;
Tacet mater, dulcis natus
Quamquam male sit tractatus,
Ferebat haec maestissime.
3. Maxilla pugno caeditur,
Nec Annas mente laeditur,
Compatitur Maria;
Ad Caipham deducitur,
A longe Petrus sequitur
Gemente matre pia.

Responsoria.

1. En, pastor dum invaditur,
A Juda lupis traditur,
Ovesque fuga labant,
O virgo, tunc anxietas
Doloris et nimietas
Cor tuum perforabant.
- V. *Torcular calcari solus, et de gentibus non erat vir mecum.*
2. O mater, das suspiria,
Affligunt cor martyria,
Dum proditur sic Jesus,
Ducitur vincetus fortiter
Foedus ac sputus viliter,
Atrociter est caesus.
- V. *Faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me.*
3. Ter voces Petri illum negant,
Testesque falsa, heus, alle-
gant,
Quae ipse fert humiliter,
Per Deum pontifex adjurat,
Nil tuum natum, mater, curat,
Sed tractant eum viliter.

V. *Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus.*

A d L a u d e s .

Antiphonae.

1. Jesus Pilato traditur,
Quis videns non turbabitur,
Justus dum accusatur?
Herode lusus spernitur,
Tractus in terra sternitur,
Sic virgo desolatur.
2. Flagellis saeve caeditur,
Caput corona laeditur,
Jesum ut stultum rident,
Cum a praetore educitur
Et „ecce homo“ dicitur,
Tunc matrem flentem vident.
3. Vestimentis spoliatur,
Cruci nudus acclavatur
In monte, heu, Calvariae;
Crucifixum adsperisti,
Tuum natum dum scivisti
Torqueri, mater, varie.
4. Juxta crucem stantem
Te nobis dat genetricem,
Dum dixit Jesus:
Filius, ecce, tuus;
Hinc in discipulo:
En, tua mater.
5. Heli, linquis me? clamavit,
Sitim grandem intimavit,
Completa dicens singula;
Quantus dolor te intravit,
Dum Jesum poena cruciavit,
Mater, non dicet lingula.

Ad Benedictus.

- A. Cor matris perforatur,
A sene prophetatur,
In Aegyptum fugatur,
Amissus quaeritatur,
Sub cruce oneratur,
Mater defiliatur,

In sinum collocatur,
Sepulchro commendatur;
Virginis hi septem
matris sunt, ecce, dolores.

In 2. Vesperis.

Antiphonae.

1. Jesus dum cruce moritur,
Astris eclipsis oritur,
Discissa petra tremuit,
Jam templi velum scinditur,
Styx ululat, dum finditur,
Dolens pater ingemuit.
2. Miles videns tanta signa,
Verba profert laude digna:
Hic est Dei filius;
Assistentes haec videntes
Suum pectus tunc tundentes,
Plangit mater tristius.

Brev. Ultrajectinum imp. Gudae 1508. — Ad Noct. R 2, 5 Foedis ac sputis. — In 2. Vesp. ad Magn. A prosaisch. — Hymnen: In 1. Vesp.: Maria mater doluit (Anal. XII, 65); ad Complet.: Mariae pia viscera (Anal. XIII, 66)

43. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Per amaritudines,
virgo, quas habebas,
Dum pendentem filium
in cruce videbas,
Ut abstergas, petimus,
peccatorum glebas.
- R. Sancta mater Jesu Christi,
In dolore quae fuisti,
Dum in cruce elevatus
Fuit tuus dulcis natus,
Ejus quinque vulnerinis
Nos defende a ruinis,
- V. Ne nos hostis trahat saevus,
Ubi dolor manet aevus.

Ad Magnificat.

- A. Tibi, mundi domina,
virgo gloria.

3. Inde milites venerunt,
Crura latronum fregerunt,
Parcunt Jesu cruribus,
Quia mortuum viderunt,
Os sic non comminuerunt,
Dolet mater pluribus.

4. Manus militis extenta
Nova praestat sacramenta
Lancea aperiens
Latus Christi, sanguis fluit,
Aqua, sic lex vetus ruit,
Virgo fit ut pariens.
5. Joseph adiit Pilatum,
Corpus Jesu impetratum
Patibulo depositus,
Ipsum mater lacrimando,
Dolorose osculando
Super sinum posuit.

Prae dolore palluit
forma speciosa,
Cum videbas filium
captum a Judaeis,
Vinctum manus, traditum
ad crucem pro reis,
Compar hinc molestiae
molestatis crede
Et pro nobis jugiter,
pia, intercede.

Ad Completorium.

- R. Nos a malis subtus alis
Tuis, virgo, tegito,
Manum tende et defende
Nos cum nato inclito,
- V. Ne crudelis suis telis
Hostis nos surripiat.

Ad Nunc dimittis.

- A. Ut ad mortem vigilavit
Tuus natus et oravit,

Nobis, virgo, sic largire
Caute mortem praevenire,
Ut ipsius docti more
Serviamus cum timore.

A d Matutinum.

Invitatorium.

De Maria regem natum
Adoremus captivatum
Et pro nobis trucidatum.

In 1. Nocturno.

1. Nos te Deum deprecamur,
Incarnatum quem miramur,
Passum cruce veneramur.
2. Virgo, tuum sanctum natum
Scimus spinis coronatum
Et pro nobis virgizatum.
3. Cujus exstat omnis orbis,
Est pro nostris passus morbis,
Ora, virgo, hunc pro nobis.

Responsoria.

1. Ut tu, virgo, filium
Percepisti venditum
Et Judaeis scelerum
Vinctum manus traditum,
Fremuisti animo
Prae dolore nimio,
Plus quam ulla filium
Planget mater mortuum.
2. Sine spina rubens rosa,
In virtute copiosa,
Quem ut sine genuisti,
Tum vae magno adspexisti,
Cum videbas hunc ligatum
Et praetore praesentatum;
- V. Nemo valet edocere
Tuum amplum, quod habebas,
Dum videbas hunc ligatum.

3. Cum videbas filium
virgis flagellari,
Scimus, quod optaveris
tibi, virgo, dari
In tuum remissius
quod dimittereris,
Ut pro ipso verbera
in te patereris;
- V. A dolore inferi
nos ferre digneris,
Tantam cum maestitiam
in te patereris.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Prae cunctis hominibus
forma speciosum
Adspexisti filium
virgis sanguinosum,
Istud tuum animum
fecit dolorosum.
2. Natus tuus colaphis,
virgo, tribulatur
Tribulatos gratia
sua qui solatur,
Dum eorum precibus
pius invocatur.
3. Memor esto, domina,
vasis Babylonis,
Ut nos pie doceas
viam rationis
Propter tui filii
vulnus passionis.

Responsoria.

1. Dum coram judicio
Jesus condemnatur
Iniqua sententia,
ut crucifigatur,
Simeonis gladius
tunc evaginatur,
Ut in tuam animam,
virgo, infigatur.
- V. Per quem erat Israel
morte redimendus,
Foras extra ducitur
cruce suspendendus.

2. Fletus nec non gemitus
tibi dat, Maria,
Scandens crucis arborem
tua proles pia,
Pedum atque manuum
manante cruento
Intra tuam animam
figeris dolore.
- V. Nobis, virgo, filium
prece fac benignum,
Qui pro nobis tentus est
super crucis lignum.
3. Dum in ramis moritur
crucis vera vita,
Tunc tu, virgo, laederis
corde tuo ita,
Quod tibi prae fremitu
vita effugisset,
Si te tuus filius
mori permisisset.
- V. Luna, sol et omnia
parant se maerere,
Planctu te miserrimo
cum videbant flere.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Inter gentes, dicite,
Dominus regnavit,
Super ligno positus
vere exspiravit,
Quod, o virgo virginum,
tuum cor turbavit.
2. Nuntiarunt caelica,
virgo, tuum planetum,
Nolentes adspicere
tuum natum sanctum
Tam in cruce duriter
a Judaeis anctum.
3. Recordatur Dominus
suae pietatis,
Dum nos lavat crimine
mors humanitatis,

Quam de tuae thalamo
sumpsit castitatis.

Responsoria.

1. Nos ad crucem Domini
stamus cum honore,
Dum matri compatimur
nati prae dolore;
Tantum quod in nomine
suae passionis
Devitemus scoriam
turpis actionis,
- V. Te Mariam petimus,
nostram advocatam,
Ut de prole gratiam
feras adspiratam.

Responsoria.

1. Virgo, mater Domini,
sola singularis,
Stas ad crucem filii;
tu es salutaris,
Cujus altis meritis
nullus est aequalis,
Virgo mater insimul
sola nuncuparis.
- V. Nos sub capitaneis
crucis computari
Juva, mater Domini,
tuo deprecari.
2. Demus omnes gratias
nostro redemptori,
Suam qui constituit
matrem peccatori,
Ut nos tamquam filios
solens adjuvare,
Post excessus debeat
patri reformare;
Nos indignos filios
ergo, omnipia,
In extremo protege
de saevo Golia.
- V. Propter tui filii
nimiam passionem
Nobis tuis servulis
da dilectionem.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Virgo mater, consolare,
Tuum natum deprecare,
Ut, pro quibus captivatus,
Lavet sordes et reatus.
2. Prece placa natum reis,
Vinctum manus a Judaeis,
Ut nos solvat a peccatis
Dando regnum claritatis.
3. Natum duci cum vidisti
Ad praetorem, doluisti,
Inde tecum condolentes
Post hanc vitam fac gaudentes.
4. Pium fructum ventris tui
Praebe nobis, sponte sui
Propter nostras faeces laesum
Et flagellis dure caesum.
5. Passionem horae nonae
Natum tuum, virgo, mone,
Ut per suum sanctum fatum
Nostrum lavet hic reatum.

Ad Benedictus.

- A. In domo Davidica
cornu salutare
Dedit nobis Dominus,
crucis dum altare
Prole sanctae virginis
pensa decoratur;
Haec de stirpe Davidis
nata praedicatur.

Mater, ergo poscimus
dignitatem tuam,
Qua redemit filius
morte plebem suam,
Illuc prece adjuva,
ubi conspicatur
Sua clara facies,
quae conspuebatur.

Ad Horas.

Ad Primam.

- A. Hora prima in hac die
Venit fama tibi piae,
Natum nocte intempesta

Fore captum, inde maesta,
Virgo mater, tribulare,
Nobis hinc propitiare.

Ad Tertiam.

- A. Hora terna ad praetorem
Ducunt Jesum salvatorem
Malta turba Judeorum
Morte sua perreorū;
Crucifige tunc clamatur,
Hinc injuste condemnatur,
Tuque inde tristabarī;
Nostra prece monearis,
Ut per hanc molestiam
Nobis dones gratiam.
- R. Ut per suum cruciatum
Nostrum tergat hic peccatum,
Ora, virgo, tuum natum,
- V. Jesum Christum valde gratum.

Ad Sextam.

- A. Hora sexta lignum crucis
Scandit Jesus, auctor lucis,
Ah, quam dolor tibi datur,
Cum per manus clavulatur,
Virgo, tuus dulcis natus,
Sic pro nobis tormentatus;
Hunc dolorem dum te matrem
Admonemus, roga patrem
Misereri omnium,
Quibus dedit filium.
- R. Passionem recordamur
Tui nati, hinc precamur,
Ut a morte eruamur,
- V. A te, virgo, audiamur.

Ad Nonam.

- A. Hora nona Dominus
alte exclamavit,
Inclinato capite
statim exspiravit;
Tunc te, virgo, gladius
ille penetravit,
De quo senex Simeon
tibi prophetavit;

De perfosso latere
cruor qui manavit,
Fac, nos lavet criminis,
quod nos inquinavit.

- R. Quem vidisti cum dolore
Fixum cruci in cruore,
Pete nobis mitem fore,
V. Cum discedet mens ab ore.

In 2. Vesperis.

- R. Spes et nostra advocata,
O regina caeli grata,
Audi nostra deprecata,
V. Hac de valle lacrimarum
Duc ad regnum nos paeclarum.

Ad Magnificat.

- A. Dulcis mater, Dominus
hora vespertina
Est de ligno positus
tumba in petrina,
Christi fossum vulnere
corpus reparatur,
Paradiso anima
sanctis adoratur.
Ora ergo, domina,
mater gloria,
Nunc pro nobis filium
prece fructuosa,
Ut det nobis gratiam
sua pietate,
Qua plangamus scelera
tanta caritate,
Ut cum nobis venerit
nostri finis dies,
Cum latrone sedula
detur nobis quies.

Item ad Laudes
infra quadragesimam et pascha
dominicis diebus.

Antiphonae.

1. Miserere mei, Deus,
Qui sum multi mali reus,
Ut per precem tuae matris
Me dissolvias a peccatis.

2. Ante tempus patre natus,
Nunc ex matre incarnatus
Sua morte nos redemit,
Benedictus, qui sic venit.
3. Accidentes matutinas
Tuae matri, Christe, sinas
Vultum tuum contemplari
Et post mortem hinc laetari.

4. Te, quem virgo generavit
Et de lacte suo pavit,
Benedicant voce pare
Caelum, terra atque mare.
5. Mater Dei, te precamur,
Per te, virgo, mereamur
Tuo nato conregnare
Et aeternum collaudare.

Ad Benedictus.

- A. Benedicta es Maria,
Jesu Christi mater pia,
Quae haec sola meruisti,
Quod tu Deum genuisti,
Qui resolvit sua morte
Infernalis claustra portae,
Vinctos suos redimendo,
Caelum nobis largiendo.

Ad Laudes in feriis.

Antiphonae.

1. Tua matre flagitante
Et per eam te praestante
In me, Deus, fac cor mundum,
In praceptoris tis jucundum.
2. Assistentes tuae laudi
Mane, Christe, tu exaudi,
Ut precatu matris tuae
Reddas eos puros lue.
3. Ora, virgo, tuam prolem
Relucentem super solem,
Ut nos cibet suo vultu
In aeterno suo cultu.

4. Jesu bone, consoleris,
Quos hic virga tua feris,
Causa matris eos cura,
Quamvis digni sint censura.

5. Sol et luna, solis stellam
Collaudate hanc puellam,
Cujus natus nos creavit,
Nos cruore suo lavit.

Cod. Graecen. 257. saec. 15. — In 1. Vesp. ad Magn. A, 10 Com-
pars. — Ad Nunc dimittis A, 2 et curavit. — In 2. Noct. R 3, 1 sq. in
novis moritur cruce. — In 3. Noct. A 2, 3 Nolunt adspicere. — A 3, 3
lavet. — In Laud. Ad Bened. A, 6 pensi. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 6
reparavit. — Ibid. 8 adolevit.

44. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Consurgat hodie
populus fidelis
Ad planctum virginis
compatientis,
Quae stat pro filii
Proprii sui morte
fundendo lacrimas doloris.
O Maria, militiae
caelestis regina,
In adjutorium
nostrum veni
In tempore omnis
angustiae nostrae.

Ad Magnificat.

A. Virgo passa filio
Poena cordis indicat
Et plebis in medio
Tristem mortem publicat,
Urgente supplicio
Voices maestas replicat,
Quae quondam prae gaudio
Cecinit Magnificat.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Ploremus mortem Domini
Cum virgine,
Ut vitam ejus mereamur
Precamine.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. In matutinis, Domine,
Te captum mater dolet,
Terretur, tremit anxie,
De quo gaudere solet.
2. Nox diem capit, tenebrae
Lucem comprehendunt,
Crudeles pium impie
Natum matris offendunt.
3. Furore saevo populi
Vinctus salvator ductus,
Matris virginis oculi
Fundunt doloris fluctus.

Responsoria.

1. Regem mundi captum caedi
Dire vidit crucifigi
Propter amorem hominis
Rei mater Christi,
Quem virgo prosecuta planxit,
Gemuit, quem dilexit.
5. Educebat cor Christi
aquam et sanguinem,
Destillabant manus,
pedes cruore.
2. O quantas angustias
Parens alma pertulit
Audiens blasphemias,
Quas plebs furens intulit
Filio Dei perperam!
Coronam, clavos, lanceam
Virgo sensit animo.

- V. Judaei sacrilegi
augebant convicia,
Super dolorem vulnerum
mentis addebant vulnera.
3. Qualem dicam, domina,
Poenam, quam tulisti,
Crucifixo filio
quando tu dixisti:
Noli me superstite
solus mortem pati,
Fiat, quae so, similis
mors matris et nati.
V. Noli me relinquere,
Jesu, fili bone,
Fac, ut tecum moriar
tali passione.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Noctem, qua Christus capit, insomnem tu duxisti
Et soporatis ceteris pervigil mansisti.
2. Fuit nox haec flebilis et nimis amara,
Quando Jesus capit, ejus proles cara.
3. Erat Maria mater pia
foris plorans acriter,
Regem mundi furibundi
dum tractarent viliter.

Responsoria.

1. Consolari
virgo non potuit
Natum videns
mori, quem genuit,
Fere tantum
dolorem habuit,
Quam salvator,
qui tot sustinuit.
- V. Mortem cernens
ejus, quem aluit,
Nulla mater
sic unquam doluit.
2. Cum videret supplicia
prolis exquisita,

- Torquetur angustia
mater infinita,
Triduano spatio
dum langueret ita,
Squalet ejus facies
nuper tam polita.
V. Poena sic exasperans
nunquam est audita,
Longe sibi carior
exstat mors quam vita.
3. Accessit ad crucem Jesu
Flens mater filium Maria
Et vulnerata est
Ex Christi lacrimis
Et valido clamore
Et mortis tormento;
V. Morienti filio
Commoritur animo,
Immolat natus carnem,
Mater animam.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Omnis aetas defeat
mortem salvatoris,
Gloriosae virginis
praetextu doloris.
2. Virgo cum adspiceret
natum cruce mori,
Nullus suo similis
dolor est dolori.
3. Quae matris angustias
lingua possit fari,
Cum videret filium
in cruce clavari?

Responsoria.

1. Regina clementiae,
Virgo mater Christi,
Tuum videns filium
mori morte tristi,
Non suis tortoribus
improba fuisti,
Sed plorans et ululans
temet affixisti.

- V. Manus torquens acriter
anxia flevisti,
Nil, quod esset indecens,
reprobis dixisti.
2. Cum videret,
quod clauso tumulo
Privaretur
tam dulci speculo,
Praedilecto
stans cum discipulo
Corde magis
plorat quam oculo.
- V. Lacrimarum
fluente rivulo
Maerorem movit
adstanti populo.

3. Christus princeps, rex gloriae,
Totus conspersus sanguine,
Maternis coram oculis
Jacebat despabilis,
Sacrificium vespertinum
Elevatis manibus
Celebrarat Dominus;

Brev. ms. Hildesheimense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 163. A. —
Brev. ms. Hildesheimense saec. 16. Cod. Capit. Treviren. 180. B. — Viatius
Hildesheimensis imp. Lipsiae 1516. C. — Brev. Goslariense imp. Halber-
stadii 1525. D. — In 1. Ves. p. R. Christus princeps, rex gloriae etc. —
In 1. Noct. R 3, 9 derelinquere B. — In 2. Noct. R 1, 7 Quantum salvator
BD. — R 1, 11 Nunquam mater BD. — In 3. Noct. A 2, 3 sq. Tam dulci
privaretur AB. — A 3, 4 elevari B. — Die beiden zugehörigen Hymnen cfr.
Anal. VII, Nr. 99 und 100.

- V. Afficta est virgo ploratibus,
Fatigata doloribus,
Cruciata gemitibus.

Ad Benedictus.

Tamquam latro capitur
Vinculis adstrictus,
Caeditur, conspuitur
Alapis afflictus;
O matris angustias,
cum videret ictus!
Pro nobis dira patiens
sit rex benedictus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O quantis doloribus,
Anxiis singultibus
Cor virginis afficiunt
Virga, spinae, clavi, mors,
Lancea Domini!
Ora, virgo, ut nos condolentes
Tibi conregnemus sine fine.

45. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Omnis aetas defleat
mortem salvatoris,
Gloriosae virginis
praetextu doloris.
2. Noctem, qua Christus capitur,
virgo insomnem duxit
Et soporatis ceteris
flens per vigil permansit.
3. Fit nox nimis flebilis,
nox nimis amara
Matri, quando capitur
ejus proles cara.

4. Nunquam mater pertulit
tam anxios dolores,
Ut Maria filii
considerans livores.

5. Rubens color vertitur,
heu, mortis in pallorem,
Dum Maria filii
videret cruorem.

- R. Venite, singuli,
matri concinete,
In cuius filii
lavamur sanguine,
Cum ipsa planetibus
fruamur intimis

Nostras facies
rigando lacrimis.

- V. Oculus noster pungatur
Amoris stimulo,
Heu, mater carens contagio
Tam dulci privatur filio.

Ad Magnificat.

- A. Virgo passa filio
Poenam cordis indicat,
Se plebis in medio
Contra morem publicat,
Urgente supplicio
Voces maestas replicat,
Quae quondam prae gaudio
Cecinit Magnificat.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Cum Maria virgine
ferventer ploremus,
In sepulchro positum
regem adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Nulla novit genetrix
angustias tam duras,
Cum plagas adspiceret
et capitis puncturas.
2. Desperata creditur,
quae culpam non commisit,
Inclinato capite
dum spiritum emisit.
3. Et cum plorat mortem prolis,
quem crucifixit populus,
Solus erat consolator
ejus custos discipulus.

Responsoria.

1. Consolari
mater non potuit,
Sic tractari
videns, quem genuit,

Nec minorem
dolorem habuit,
Quam salvator,
qui tot sustinuit,

- V. Mortem ejus
cernens, quem aluit,
Nulla unquam
mater sic doluit.

2. Dum videt supplicia
mortis exquisita,
Torquetur angustia,
fletu est attrita,
Triduano spatio
dum langueret ita,
Squalet ejus facies
nuper tam polita.
V. Poena sic exasperans
nunquam est audita,
Longe sibi carior
erat mors quam vita.
3. Regina clementissima,
virgo mater Christi,
Cum videres filium
morte mori tristi,
Non suis tortoribus
anxia fuisti,
Sed plangens et lacrimans
temet affixisti.
V. Manus torquens acriter
anxia flevisti,
Nil, quod esset reprobum,
Judaeis dixisti.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sit tuarum lacrimarum,
o Maria, rivus
In corde lapideo
maeroris motivus.
2. Recolamus virginis
gloriosae luctus,
Dum in templo Dominus
vincitus esset ductus.

3. Dolore sternitur
mater, dum respicit,
Heu, sanguine perfusum
natum, quem genuit.

Responsoria.

1. Qualem dicam, domina,
poenam, quam tulisti,
Crucifixo filio
quando tu dixisti:
Noli me superstite
solus mortem pati,
Quaeso, fiat similis
mors matris et nati;
V. Noli me relinquere,
Jesu, fili bone,
Fac, ut tecum moriar
tua passione.

2. Innocens homo
et expers criminis
Moritur justus
misertus hominis,
Sui maeroris
nos simus consciis,
Cum simus causa
tanti suplicii.
V. Dolet mater cum filio,
Qui se crucis patibulo
Dedit tormentis asperis
Vitam reddendo miseris.

3. Christum in cruce pendentem
maesta mater adspiciens,
Lacrimata incessanter
sacrum pectus percutiens;
Plures movit ad maerorem
suo rugitu quaerulo,
Natum videns cruentatum
tensem crucis patibulo.
V. Animam maestae parentis
tunc pertransivit anxius
Juxta verbum Simeonis,
heu, passionis gladius.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgo cum adspiceret
natum in cruce mori,
Nullus dolor similis
est suo dolori.
2. Quaeso nobis miseris,
virginum regina,
Tecum flendi lacrimas
uberes propina.
3. Quae matris angustias
potest lingua fari,
Dum videret filium
in cruce clavari?

Responsoria.

1. Cum de cruce positus
ad tumulum portatur,
Inter dolores anxiros
portantes sic affatur:
Sustinet e paululum,
dolorem meum plangam
Et meum carum filium
deosculor et tangam.
2. Mihi meum filium
subtrahere nolite,
Si sepeliri debeat,
mecum sepelite.
2. Cum videret,
quod clauso tumulo
Privaretur
tam dulci speculo,
Praedilecto
stans cum discipulo
Corde plorat
magis quam oculo.
4. Fletus movit
adstanti populo
Lacrimarum
fluente rivulo.
3. Filii praesentia
mater destituta
Gabrieli nuntio
sic est allocuta:

*Ave, plena gratia,
mihi protulisti,
Nunc amaritudine
sum repleta tristi,
Subsequenter inquiens :
Dominus est tecum ;
Heu, jacet in tumulo,
modo non est mecum ;
V. Omnis benedictio,
quam tu spopondisti,
Est nunc in contrarium
propter mortem Christi.*

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Erat Maria, mater pia,
Foris plorans acriter,
Regem mundi furibundi
Dum tractarent viliter.
2. Quam putatur
mater maestissima,
Dum videt natum
virgo justissima,
Non est dolor,
ut matris virginis
Mortem plorantis
Dei et hominis.
3. Agnus mitis
caput excutiens
Heloi clamat
in cruce moriens,
Videns hoc mater
cum ipso patitur,
Ad clamorem
fere commoritur.
4. Clamor Christi
matrem angustiat,
Nullus planctus
plangentem satiat,
Utriusque
summa compassio,
Nam praecessit
summa dilectio.
5. O quale divertium,
Cum mater reliquit filium,
Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

*Salvatorem,
qui fecit saeculum,
Lacrimando
sequens discipulum.*

Ad Benedictus.

- A. Tamquam latro capitum
undique constrictus,
Caeditur, consputitur
alapis afflictus ;
O matris angustias,
dum videret ictus !
Pro nobis haec tolerans
sit rex benedictus.

In 2. Vesperis.

- R. Benigna Jesu
mater eximia,
Qui tua egressus est
clastra virginea,
Cum his pacificus
factus est incola,
A quibus dura
perpessus est verbera
Per filii tui
cruenta vulnera
Nobis succurre,
virgo puerpera.
- V. Regina caeli,
laetare cum jubilo,
Nam natum, quem plangis
clausum in tumulo,
Resurget vere
summo diluculo
Omnis ablato
contemptus opprobrio.

Ad Magnificat

- A. O Jesu, fili
patris altissimi,
Qui pro nobis de virgine
natus fuisti,
Et nostras miserias
in corpore tulisti
Ac tandem in cruce
mortem sustulisti,

Qui matrem in morte
Johanni commisisti,
Qui nec ejus poenis
nec tuis pepercisti,

Tibi supplicamus,
pro quibus tot egisti,
Ut nos amore matris
conserves a morte tristi.

Brev. Aberdonense imp. Edinburgae 1510. — In 1. Noct. R 2, 8 tam fehlt. — R 3, 3 videret. — Hymnen. In 1. Vesperis: Imperatrix clementiae (Mone II, 139); ad Noct.: Castae parentis viscera (Mone II, 142); ad Laudes: O gloriosa domina (Anal. IV, 57); in 2. Vesps.: Ingrata gens Judaica (Anal. XIX, 18).

46. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Virgo passa filio
Poenam cordis indicat,
Se plebis in medio
Contra morem publicat,
Urgente suppicio
Voices maestas replicat,
Quae quandam piae gaudio
Cecinit Magnificat.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Cum Maria virgine
fervide ploremus,
In crucis suppicio
regem adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Regina laudabilis
praecipuis et dignis
Extollatur laudibus,
Jesu mater insignis.
2. Fit nox illi flebilis,
nox nimis amara
Matri, quando capitur
proles ejus cara.
3. Nunquam martyr pertulit
tam anxiros dolores
Ut Maria filii
considerans livores.

Responsoria.

- Consolari
mater non potuit,
Sic tractatum
videns, quem genuit,
Fere tantum
dolorem habuit,
Quantum ille,
qui tot sustinuit,
V. Mortem Dei
videns, quem aluit,
Nulla mater
unquam sic doluit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Stat Maria mater pia
foris plorans acriter,
Regem mundi furibundi
dum tractarent viliter.
2. Per Mariae lacrimas,
pater pietatis,
Nobis veram gloriam
confer cum beatis.
3. Eja, nobis miseris,
virginum regina,
Tecum flendi lacrimas
uberes propina.

Responsoria.

1. Dum videt suppicia
prolis exquisita,
Torquetur angustia
mater infinita,

- Triduano spatio
dum langueret ita,
Squalet ejus facies
nuper tam polita.
- V. Poena tam exasperans
nunquam est audita,
Longe sibi carior
mors erat quam vita.
2. Qualem dicam, domina,
poenam, quam tulisti,
Crucifixo filio
quando tu dixisti:
Noli me superstite
solus mortem pati,
Fiat, quaeso, similis
mors matris et nati.
- V. Noli me relinquere,
Jesu, fili bone,
Fac ut tecum moriar
tua passione.
3. Quam putamus
matris maestitiam,
Cum videret
prolis angustiam?
Non est dolor
ut matris virginis,
Mortem flentis
Dei et hominis.
- V. Rosa rubens vertitur
mortis in pallorem,
Dum in terram fluere
sacrum videt cruorem.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgo tuum filium
in cruce clavatum
Redde piis precibus
miseris placatum.
2. Nos matris compassio,
Jesu, rex insignis,
Servet a voragine
gehennalis ignis.

3. Sancta Dei genitrix,
dulcis et decora,
Regem morti traditum
pro nobis exora.

Responsoria.

1. Ad locum supplicii
virgo cum venisset,
Postquam sui filii
mortem conspexisset,
Augentur
planctus et lacrimae
Multiplicantur
doles et angustiae.
- V. Nulla novit genitrix
angustias tam duras,
Cum plagas adspiceret
et capitis puncturas.
2. Virgo clementissima,
virgo mater Christi,
Cum videres filium
mori morte tristi,
Non suis tortoribus
anxia fuisti,
Sed plangens et lacrimans
temet affixisti.
- V. Manus torquens acriter
anxia fuisti,
Nil, quod erat indecens,
reprobis dixisti.
3. Cum videret,
quod clauso tumulo
Privaretur
tam dulci speculo,
Praedilecto
stat cum discipulo,
Plorans corde
magis quam oculo;
- V. Fletum misit
adstante populo
Lacrimarum
fluente rivulo.

In Laudibus.	Caeditur, conspuitur alapis afflictus;
Ad Benedictus.	O matris angustiae, cum audiret ictus!
A. Tamquam latro capitur undique constrictus,	Pro nobis haec tolerans sit rex benedictus.

Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 20. A. — Brev. Misnense imp. Lipsiae 1502. B. — Diurn. Misnense imp. Lipsiae 1511. C. — Brev. Misnense imp. Lipsiae (?) 1517. D. — Brev. Halberstadiense imp. Norimbergae 1515. E. — Ad Complet. ad Nunc dimittis hat E die Antiphon:

Per Mariae lacrimas, pater pietatis,
Nobis veram gratiam confer cum beatis.

In 1. Noct. **A** 2, 1 vox A. — **A** 2, 2 vox A. — **R** 1 und 3 prosaisch. — **R** 2, 12 sic unicum doluit A. — In 2. Noct. **R** 1, 1 Cum videt A. — **R** 2, 1 Quantam dicam E. — **R** 2, 8 matris atque nati A. — **R** 3, 1 O quam putamus E. — In 3. Noct. **R** 1, 6 plagae et A. — **R** 2, 1 Regina clementissima A. — **R** 2, 9 acriter fehlt A. — Ad Laudes. Sämtliche **AA** super Ps. prosaisch; ebenso die **A** ad Magn. in der zweiten Vesper. — Hymnen. In 1. Vespr.: Ave stans sub cruce (Anal. IV, 56); ad Complet.: O gloriosa domina (Anal. IV, 57).

47. De Compassione BMV.

- In 1. Vesperis.
- Antiphonae.
1. Omnis aetas defleat mortem salvatoris Gloriosae virginis praetextu doloris.
 2. Haec est pia pauper illa, Mater simul et ancilla, Plena tamen gratia, Haec est, quae sub cruce flevit, Sed hunc fletum abolevit Tui, Christe, copia.
 3. Stat Maria, mater pia, Foris ploraens acriter, Regem mundi furibundi Dum tractarent viliter.
 4. Quam putamus matris maestitiam, Cum videret prolis angustiam? Non est dolor ut matris virginis, Mortem flentis Dei et hominis.
5. Mihi, dolor, jam opponis Verba illa Simeonis Aspera praesagio, Jam cor meum vulneratur, Anima transverberatur In doloris gladio.
- R. Virgo clementissima, virgo, mater Christi, Dum videres filium mori nece tristi, Non suis tortoribus aspera fuisti, Sed plangens et lacrimans temet affixisti,
- V. Manus torquens acriter anxia flevisti, Nil, quod esset reprobum, Judaeis dixisti.
- Ad Magnificat.
- A. Virgo passa filio Poenam cordis indicat, Se plebis in medio Contra morem publicat,

Urgente suppicio
Voces maestas replicat,
Quae quondam prae gaudio
Cecinit Magnificat.

A d C o m p l e t o r i u m .

Super Psalms.

A. Nos matris compassio,
Jesu, rex insignis,
Servet a voragine
gehennalis ignis.

Ad Nunc dimittis.

A. Passionis gladius,
virgo carens crimine,
Tuam laesit animam
omni cum gravamine,
Quod promisit Simeon,
plenus sacro flamme,
Cum in templo dixerat:
nunc dimittis, Domine.

A d M a t u t i n u m .

Invitorium.

Cum Maria virgine
fervide ploremus,
In crucis suppicio
regem adoremus.

A d N o c t u r n u m .

Antiphonae.

1. Noctem, qua Christus patitur,
absque somno duxisti
Et soporatis ceteris
flens pervigil mansisti.
2. Virgo mater, da nunc luctus,
Ventris tui sacer fructus
Pendet in patibulo,
Ille mitis ex te natus
Jam stat clavis perforatus
A furente populo.

3. Cerne, fili, matrem flentem
Tecum mori cupientem,
Specta cor et lacrimas;
Ad me verte vultum sanctum
Atque fidae matris planetum
Consolando redimas.

R e s p o n s o r i a .

1. Consolari
mater non potuit,
Sic tractatum
videns, quem genuit,
Fere tantum
dolorem habuit,
Quantum ille,
qui tot sustinuit.
- V. Mortem Dei
videns, quem aluit,
Nulla mater
unquam sic doluit.
2. Cum vidi suppicia
mortis exquisita,
Torquetur angustia,
fletu est attrita,
Triduano spatio
dum langueret ita,
Squalet ejus facies
nuper tam polita.
- V. Poena sic exasperans
nunquam est audita,
Longe sibi carior
mors erat quam vita.

3. Qualem dicam, domina,
poenam, quam tulisti,
Crucifixo filio
quando tu dixisti:
Noli me superstite
solus mortem pati,
Quaeso fiat similis
mors matris et nati.
- V. Noli me relinquere,
Jesu, fili bone,
Fac, ut tecum moriar
tua passione.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Fit nox illi flebilis
et nimis amara
Matri, quando capitur
eius proles cara.
2. Fili, dulcis et amande,
Fili mundo venerande,
Quomodo te video!
Fili dulcis et dulcedo,
Pro te cor lamentis laedo,
Poenas tuas doleo.
3. Hen, hen, quam me dire tan-
gunt,
Premunt, torquent atque fran-
gunt
Tua, fili, vulnera!
Fili, vita cordis mei,
Matris atque summa spei,
Fili, mea viscera.
4. Terra, treme, sol, nigresce,
Petra, crepans expavesce
Facinus furentium,
Necat mortis necatorem,
Tulit vitae redemptorem
Furor persequentium.
5. Planctum meum non causatur,
Qui rem digne conspicatur,
Ego sum, quae genui,
Fovi natum et lactavi
Deincepsque ministravi
Satagens ut potui.

Brev. ms. Augustanum saec. 15. Cod. Vatican. Palat. 517. — In 1. Vesp. A 1, 3 Et gloriae. — A 4, 6 ut est matris. — In Laud. A 1, 1 vox; illi fehlt. — A 1, 3 Matris. — A 3, 5 Mortem atque summae. — In 2. Vesp. Super Ps. A, 1 sq. Inter ve cum virgo.

48. De Compassione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Stabat virgo dolorosa,
Mater Christi generosa,
Juxta crucem filii,

Ad Benedictus.

A. Tamquam latro capitur
undique constrictus,
Caeditur, consputur
alapis afflictus;
O matris angustiae,
cum audiret ictus!
Pro nobis haec tolerans
sit rex benedictus.

In 2. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Ad locum suplicii
virgo cum venisset
Et cum sui filii
crucem conspexisset,
Augentur
planetus et lacrimae
Multiplicantur
dolores et angustiae.

Ad Magnificat.

A. Quam maeroris anget moles,
Spectat matrem pia proles
Mortis in arcticulo
Et Johannem inspectavit
Virginemque commendavit
Virgini discipulo.
Sic, o virgo, te adstante,
Fletu fletum innovante
Tuus ille moritur,
Dehinc dire lanceatus
Sed humane tumulatus
Petra forti clauditur.

Tristem gerens theoriam
Recensendo prophetiam
Simeonis gladii.

2. Dolor ingens, dolor ille,
Genae pallent et maxillae,
Ora rigant lacrimae,

Crux, flagella, clavi, spinae,
Livor, tumor, plagae quiniae
Gladius sunt animae.

3. Cor praedulce, cor amoris
Globus factus est doloris,
Vas amaritudinis,
Fel cum vino praeparatum
Os, cor, linguam et palatum
Stupefecit virginis.
4. Quando Christus vinculatur
Palmis foedis, flagellatur
Strictus flagris plurimis,
Virgo corde lacessita,
Quasi foret sine vita,
Corruit exanimis.
5. Extra castra ductus Jesus,
Vinctus, sputus, pugnis caesus
Crucem fert in publicum,
Mater sequens agnum mitem
Repraesentans Sunamitem
Natum deflet unicum.

Ad Magnificat.

- A. O Maria, stans sub cruce
Triumphante Christo duce
Per mortem turpissimam,
Corde martyr extitisti,
Anceps ensis, quem sensisti,
Tuam transit animam.
Dolor cessit, cum surrexit,
Nobis vitae spem porrexit
Praesidens in gloria;
Fac nos, virgo, suae mortis
Et doloris tui fortis
Fervere memoria.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Recolentes Christum passum
Et in ara crucis assum
Pro nostris sceleribus,
Matri suae condolentes
Procidamus congements
Super mortem filii.

Ad Nocturnum.

Antiphonae.

1. Immolandus ligna gerit,
Patri parens locum quaerit
Patriarchae filius;
Cruce Christus oneratus,
Maesta matre comitatus
Damnatur innoxius.
2. Calvum rident Elisaeum,
Jesum nudum, verum Deum,
Illudebant aemuli;
Dum sic natum dehonestant,
Dolorosi commolestant
Matris mentem stimuli.
3. Protoplasti peremerunt
Omnes, quos progenuerunt,
Esu pomi vetiti;
Dulcis Jesu, redemisti
Corde laeso matre tristi
Quos damnarunt perdit.

Responsoria.

1. Sicut spina rosae florem
Non immutat vel odorem,
Cum crescat vicinius,
Ita virgo tuam mentem
Cunctis donis redolentem
Furor fugit obvius.
Immo videns flagellari
Et in cruce conclavari
Tuum primogenitum,
Patienter sufferebas
Et constanter requirebas
Dextrae Dei digitum;
- V. Confer opem tua prece,
Ne mundi prosperitas
Nos exaecet sua faece
Vel premat adversitas.
2. Perennalis mater vitae,
Videns pungi latus mite
Militari lancea,
Maluisti sic turbari
Et cor tuum vulnerari
Cum dolorum framea,

Ut aeterna morte digni
Sanarentur hoc insigni
Sacrae mortis pretio;
Quas tenemur voto grato
Deo laudes pro collato
Tanto beneficio!

- V. O mater dilectionis,
Fac nos eum colere,
Qui nos suae passionis
Salvos fecit munere.

3. Palluerunt tuae genae,
Quando subdi crucis poenae
Vides unigenitum,
Spinae sacrum caput cingunt,
Manus, pedes clavi stringunt,
Os est sputis oblitum.

Voces audis exclamantes
Sese patri commendantis
Mater omnis gratiae,
Destituta jam vigore
Ut exsanguis prae dolore
Corruis in acie.

- V. O immensam caritatem,
Quod mater cum filio
Tantam praebent pietatem
Pro vili mancipio!

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Rex a ligno cum regnaret
Et malignum debellaret
Per crucis dedecora,
Mater praesens constituta
Hunc ad bellum subsecuta
Est ut Barach Debora.

2. Bellum mirae caritatis,
Ubi Christus sauciatis
Medetur vulneribus,
Virgo mater morbos sanat
Et distortas mentes planat
Cum suis doloribus.

3. Christus crucis in amboine
Constitutus in agone
Septem verba protulit;

Brev. Strengnense imp. Holmiae 1495. — Hymnen in 1. Vesp.: Menter juvet fidelium (Anal. XII, 66); ad Noct.: Rogatus Deus rumpese (Klemming II, 186); ad Laudes: Condolentes maeroribus (Anal. XII, 68).

Mater adstans tribulata
Tam patrata quam prolata
Secum silens contulit.

4. Cuneta tremunt elementa,
Carpunt luna, sol lamenta
Cum dolente virgine,
Angelorum hierarchiae
Condolentes sunt Mariae
Christi fuso sanguine.
5. Morte Christi consummata
Mater fide roborata
Redditur aequanimis,
Natum sciens surrecturum
Et cum patre fruiturum
Sedibus potissimis.

Ad Benedictus.

- A. Morienti dulci nato,
Quamquam corde sauciato,
Mater, adstas flebilis,
Virginalis quisque gestus
Tibi decens et modestus
Perseverat stabilis,
Illi compar voluntate,
Pari flagrans caritate
Pro salvandis miseris;
Ejus crux reverentes
Et hic tecum congerentes
Servos junge superis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

Christo passo mortem crucis
Eclipsantur orbes lucis,
Terrae solum tremuit,
Disperguntur quiique noti,
Oblitores sui voti,
Caritas refriguit;
Sola virgo tenet fidem
Constans docet quod et idem
Resurgat in gloria;
Verae doctrix disciplinae
Nobis dona sine fine
Perfrui laetitia.

49. De Commendatione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Cubante Jesu dolorose
In crucis patibulo
Accessit mater lacrimose
Sub cruce stans in patulo,
Quam intuens amorose
Commendat discipulo.
2. Filii praesentia
Mater destituta
Ut Cedar tabernacula
Est nigra constituta.
3. Felicior erat mater
Concepto Dei radio,
Sed erat infelicior
Orbata tanto filio.
4. Sol virginem coloravit
Decore conceptionis,
Sed eam decoloravit
Dolore compassionis.
5. Recolorata dicitur
Dulcis virgo et mater
In resurrectione filii,
Dei genitrix et martyr.
- R. Dum Tobias filio
Vias virtutum demonstravit,
Figurando et notando
Christum designavit,
Cum amentem et dolentem
Sibi matrem commendavit.
- V. Christus sol verus oriens
Ac in cruce moriens
Secreta discipulo
reseravit.

Ad Benedictus.

- A. Simeon, vates Domini,
Ad te reginam caeli
Tuam praedixit sanctissimam
Gladium vibrare animam,
Tuam igitur agentes
Compassionis memoriam
Perduc precibus
Ad perennem gloriam.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum pro nobis passum
Adoremus Dominum,
Qui pie respexit matrem
Secum in dolore positam.

In Nocturno.

Antiphonae.

1. David regem dum fugavit
Persecutoris gladius,
Patrem, matrem praeservavit
A malo devotus filius.
2. Dulcem parentis animam
Tunc pertransivit acrius
Juxta verbum Simeonis
Passionis gladius.
3. Dum Simeonis gladius
Animam matris perforavit,
Tunc Christus in cruce positus
Virginem virgini commen-
davit.

Responsoria.

1. Verbum prophetae caelitus
Nati supplet inopiam,
Sed vitae natus redditus
Matris pellit tristitiam;
- V. Lignum crucis
intulit maestitiam
Dulci matri
per mortis miseriam.
2. Verbum vitae
dum palam moritur,
Legis mandati
parens ostenditur,
Clamat omnes: vincitur,
Hinc fides extollitur.
- V. Christus in cruce
dum triumphavit,
Matrem discipulo
commendavit.

3. Mater parens Christi,
in luctu dum exstitisti,
Es consolata
per verba filii grata,
Sic commendata
discipulo, virgo beata.
V. Et tu, mater pia,
tuo nato nos recommenda.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Fides Mariae virginis
Consumpta Jesu passione
Excessit sidus apostolicum
Immobili adhaesione.
2. Fides Mariae latuit
In Christi mortis triduo,
In lucem tandem prodit
Multiplici miraculo.
3. Discipulis recedentibus
Maria perduravit
Stabilis in fide,
Sic illos educavit.
4. Fides catholica
Recepit tunc incrementum,
Dum virgo theotocos
Tenuit fundamentum.

Antiph. ms. Calciense saec. 16. Cod. Arch. Calciens. A. 14. — In 1. Vesp. A 3, 3 erat ergänzt. — A 4, 3 eam ergänzt. — Ad Noct. R 1, 8 per mortem miseram. — R 3, 6 es virgo. — R 3, 8 commenda. — Hymnen: In 1. Vesp.: Imperatrix clementiae (Mone II, 139) oder: Lauda mater ecclesia (Anal. XI, 65).

5. Te invocamus, o beata
Potissime ad vitae terminum,
Conserva nos in fide grata,
Devotum tibi populum.

Ad Benedictus.

- A. O mundi lampas
Et margarita præfulgida,
Quae in morte filii obfuscata
Fuisti et commendata
Discipulo, reformata
Exstitisti, Maria,
Mater Christi semper pia,
Exoratrix pro nobis ora
Ad Deum, qui te elegit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O lumen ecclesiae,
Christus, verus Deus,
Moriens in cruce
Nec peccati reus,
Matrem tibi condolentem
Vidisti in populo,
Quam quasi morientem
Commendasti discipulo.

50. De septem Gaudiis BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Salve, mater castitatis,
Lilium humilitatis,
Virtutis et honoris,
Tu gemma pudicitiae,
Fons et portus laetitiae,
Paradisus amoris.
2. Salve, mater o Maria,
Dulcis, clemens atque pia,

Salutis initium,
Mortis pabulum vicisti,
Caput ejus contrivisti
Et omne supplicium.

3. Salve, mater generosa,
Rutilans ac speciosa
Prae filiis hominum,
Qui te creavit provide,
Lactasti sacro ubere
Salvatorem omnium.

4. Salve, mater gratiosa,
Quae fuisti dolorosa
Passione filii,
Nunc cum eo dominaris
Et regina nuncuparis
Caelestis consilii.
5. Salve, mater angelorum,
Tuum septem gaudiorum
Instat festum hodie;
Ergo chorum adjuvando
In psallendo et cantando
Veni, mater gloriae.

Ad Magnificat.

- A. Alma Dei genetrix,
tua gratia semper abundat,
Spiritus aeternus
munera datque tibi,
Te decet, alta parens,
calamis praestantior omnis
Quasque potest laudes
in tua templa ferat.

Ad Completorium.

Super Nunc dimittis.

- A. Ave, Maria, genetrix pia,
Gratia plena, virgo serena,
Dominus tecum, tu quoque
mecum,
Benedicta tu in mulieribus,
Castis pariens Deum visceribus,
Et benedictus fructus
Ex hortulo productus,
Fructus ventris tui,
Jesus, cui
Voce, votis omnibus,
Tuis dignis precibus
Semper commendari
Atque sociari
In caelo sursum
Post vitae cursum
Flagitamus et oramus,
O pia Maria.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Festinate, adoremus
Regem regum omnium,
Gloriosam ut laudemus
Et reginam virginum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. De caelo missus nuntius
Cinctus veste serena,
Ingressus ait angelus:
Ave, gratia plena.
2. Gaudent astra matutina,
Dum virgo salutatur,
Et cor ejus ad divina
Confestim inflammatur.
3. Hanc diem fecit Dominus,
Mors in qua tristis perditur,
Assumpsit carnem hominis,
Conceptus Deus colitur.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ut cognatam visitavit
Per montes mater pia,
Infans tandem exsultavit,
Dum intravit Maria.
2. En, sancta salutatio,
A matribus notatur
Miranda operatio
Et spiritus donatur.
3. Superbos corde projicit
Humilis ipse Deus,
Qui potens est, magna fecit
Et sanctum nomen ejus.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Deus et homo nascitur
De Maria virgine

Et ab eadem pascitur
Solerti regimine.

2. Laus et honor Christo datur,
Atque pax hominibus,
Sancta mater veneratur
Supernis agminibus.
3. Virgo humilis probatur,
Ut ostendit opere,
Casta mater nuncupatur,
Lactat Deum ubere.

Prosula.

1.

- a. Gaudeamus digno
Mariae festo,
- b. Quo caelesti virgo
regnat triumpho.

2.

- a. Quo angelorum
chori laetantur omnes,
- b. Reginam caeli
optatam venerantes

3.

- a. Et nomen melius
a patre datur
Et filio
spirituque sancto,
- b. Ordinaverunt nam
ipsam proximam
Sessioni
suae nunc et in aeternum.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Haec dies laetitia,
Mariae, matris gratiae,
Exsultent ergo hodie,
Qui laudes dant de virgine.
2. Dulcem natum reges quaerunt
Stella duce prævia,
Invocare dum venerunt,
Magna cernunt gaudia.
3. Lignum crucis qui portavit,
Surrexit cum gloria,
Limbo captos liberavit
Cum summa victoria.
4. Descendit sacer spiritus
Discipulos illuminans,
Exsultat mater caelitus
Puro corde jubilans.
5. O luce quam glorifica
Illustrantur caelici,
Mariam ad deifica
Dum assumunt angeli.

Ad Benedictus.

- A. Virginis et matris
nostro venerata favore
Gaudia perpetuis
sint benedicta modis,
Candidus aetherei
pariter regnator Olympi
Laudibus innumeris
sit benedictus. Amen.

RR Antiph. ms. Calciense saec. 16. Cod. Arch. Calarien. A. 14. — Die in allen Nokturnen prosaisch. — Es ist von Interesse zu erfahren, dass der Altar „zu den Freuden Mariens“ in der Kalkarer Kirche schon 1481 stand und 1507 eine Vikarie an demselben gestiftet wurde. — Hierzu die Hymnen: Laudes perpetuae dignaque præmia (Anal. XXIII, 71); Virgo dum scandis superos meatus (Anal. XXIII, 71 sq.).

51. De septem gaudiis BMV.

In 1. Vesperis.
Super Psalmos.

- A. Gaude, felix
inventrix gratiae,

Mundi salus,
mater christifera,
Dei patris
obtentrix veniae,

Nova caeli
dans orbi foedera,
Venerantes
tuae laetitiae
Memoriam
a morte libera.

Ad Magnificat.

A. O Maria,
gratum commercium
Procurasti
votis fidelium,
Justis vitam,
reis remedium,
Tibi decus
matris et gaudium.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Summum Dominum gloriae,
Venite, adoremus,
Matri plenae laetitiae,
Venite, exsultemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Perfecisti laudem matris
Conceptus in virgine,
Quam obumbrat virtus patris
Absque viri semine.
2. A summo caelo egressus
Matris intrat viscera,
Inde nascens est egressus
Tollens mundi scelera.
3. Super maria fundata,
Mater maris nescia
Per reges est honorata
Nati stella nuntia.

Responsoria.

1. Arca divini foederis,
Caeli plena dulcore,
Regalis virgo generis,
Novo fecunda more,

- Gaudet misso de superis
Angelo cum fulgore
Castitatis amore;
V. Nuntiat eximia
Gabriel miranda Mariæ.
2. Benedicta sterilis
In fecunditate,
Mater ineffabilis
Cum virginitate
Gaudet admirabilis
Pro nativitate;
V. Angelus angelicum
pastoribus intonat hymnum.
3. Currunt magi
stellae regimine,
Regem quaerunt
natum de virgine,
Profitentur
Deum in homine,
Gaudet mater
tali solamine;
V. Mente Deo prona
dant trino tres tria dona.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Adstat a dextris regina
Cum ingenti gaudio,
Mortis subtracta ruina
Resurgente filio.
2. Laetificat civitatem
Dei raptus hominis,
Immittens jucunditatem
In cor matris virginis.
3. De te dicta gloriosa
Sunt, civitas veniae,
Donis manans gaudiosa
Multiformis gratiae.

Responsoria.

1. Dormientis
maerore filii
Sauciata
est mater quaerula,

- Resurgentis
non expers gaudii
Regnaturum
cernit per saecula.
V. Quarta resurgent
fit Christo mane nitente.
2. Exaltatur
ad caeli culmina
Hinc assumptus
nubis obsequio,
Comitantur
polorum agmina,
Gaudet mater
regnante filio.
V. Quinta fuit nati
terris super astra levati.
3. Factus de caelo sonitus
Fratrum replevit intima,
Missus in igne spiritus
Dona praebuit optima,
Gaudet mater cum genitus
Tam sublimavit infima.
V. Venit in igne datum
cum sexta pneuma beatum.
- Exsultando
venti christifero
Se prophetam
et matrem indicat.
V. Dum puer exsultat,
mater propheta resultat.
2. Gratulanter
de terra vehitur
Christi mater
ad regni solium,
Carne, mente
cunctis praeponitur,
Gloriosa
choris caelestium.
V. Septimo laetatur,
cum caelis virgo beatur.
3. Intercede, mater Christi,
Pro te venerantibus,
Gaudia, quae meruisti,
Praebens supplicantibus,
Tandem victo hoste tristi
Nos junge regnantibus.
V. Ora voce, pia,
pro nobis, virgo Maria.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Annuntient inter gentes
Nunc assumptae gaudium
Matris in mundo degentes
Et poscant suffragium.
2. Lux justo tunc est exorta,
Dum Maria nascitur,
Patefacta vitae porta,
Quando Christus moritur.
3. Notum fecit salutare
Parens munus regium,
Surgens, scandens confirmare
Conscensus caelestium.

Responsoria.

1. Elisabeth
infans in utero
Verbi matrem
adesse praedicat,

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Domum tuam, Domine,
Decet sanctitudo,
Quam fecit in virgine
Summa celsitudo.
2. Intremus in atria
Digne mentis piae
Depromendo gaudia
Virginis Mariae.
3. Terra dedit nobis fructum
Caeli fusa rore,
Gaudens tollit Eva luctum
Nato salvatore.
4. Benedicant omnia
Matrem salvatoris,
Quae per septem gaudia
Donet vim amoris.

5. Omnes gentes, Dominum
De caelis laudate,
Qui dat matri geminum
Decus illibatae.

Ad Benedictus.

A. Benedicta
mater altissimi,
Gaudiosa
mundi spes unica,
Praestet nobis
adversa reprimi
Et perducat
ad regna caelica.

Brev. ms. Hildesheimense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 180. A. —
Brev. Goslariense imp. Halberstadii 1525. B. — Brev. Narbonense imp.
Carcassonae 1535. C. — In 2. Noct. R 1, 4 est fehlt C. — R 2, 2 ad
caelorum C. — In Laud. A 3, 1 nobis fehlt C. — A 3, 2 Fusa caeli rore.
C. — Hymnen Anal. XII Nr. 109 und 110.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O mater clementiae,
Aula trinitatis,
Plena donis gratiae
Et jucunditatis,
Te laudantes hodie
Mundans a peccatis
Data mundo requie
Conjunge beatis.

52. De Gaudiis BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Gabriel, cursor caelicus,
Paranymphus magnificus,
Dum salutat, virginem
Perturbat, sed subsequitur
Gaudium, dum complectitur
Deum factum hominem.
2. Gaudet, virgo, dum nascitur,
Et mundo palam editur
Christus, proles deica,
Natus ante luciferum,
Mundi perlustrans vesperum
In zona ecliptica.
3. Gaudet videns resurgentem,
Postquam vidit morientem
Cruci clavis affixum,
Quando compatiebatur
Nato, qui moriebatur,
Per cordi cor innixum.
4. Dum ascendit ad aethera,
Gaudet virgo christifera
Pro tanta victoria,

Qua tartara spoliavit
Et homines collocavit
In caelesti gloria.

5. Gaudet, quando coronatur
Per filium et locatur
Ultra culmen ordinum
Angelorum, qui congaudent
Sic, ut inde semper laudent
Creatorem Dominum.

R. Gaude, virgo concipiens
Sine virili semine,
Emmanuel parturiens,
Deum una cum homine;
Gaude, sciens surrexisse,
Quem plangebas interisse,
Et in caelum ascendisse;
Gaude, quod post assumeris,
Regnatura cum superis,
Ut opem feras miseris,
Quos rodit vermis sceleris.

V. Hierusalem, civitas Dei, gaudreas,
in saecula saeculorum
luce splendida fulgebis et
omnes fines terrae adorabunt
eum.

Ad Magnificat.

A. Gaude, virgo, quae gravida
Deum paris non dolendo,
Nec es effecta cupida
Dona regum assumendo.
Gaude, quod Christus infera
Fregit et scandit aethera;
Gaude, quod misit munera
In disposita viscera;
Gaude, regnans in gloria
Super omnes imperatrix,
Cujus manet memoria
Cunctorum auxiliatrix.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Venite, congaudeamus
Pro gaudiis Christi matris,
In cuius spe respiramus
In mundi procellis atris.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cum Gabriel annuntiat
Verbi conceptionem,
Virgo mater tripudiat
Propter redemptionem.
2. Gaudet clausus in utero
Salutata virgine,
Virgo congaudet puerο
Repleto spiramine.
3. Orto sole justitiae
De stella virginea
Datur causa laetitiae
Sperantibus in ea.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dum offertur Simeoni,
Qui benedixit eum,
Praeconizatur spes boni,
Quod cunctis est melleum.

2. Quanto gestivit gaudio
Magis adorantibus,
Offerentibus filio
De suis muneribus.

3. Virgo dolens passionem
Congaudet resurgentι,
Qui dat incorruptionem
Devotae sibi genti.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Gaudet virgo, dum adspicit
Ascendentem ad caelos
Et dum prope se prospicit
Colloquentes angelos.
2. Beata matri gaudia
Influxit paraclitus,
Conferens dona grandia
Illapsa divinitus.
3. Cum genetrix exaltatur
Ad filii dexteram,
Totus orbis gratulatur
Effugisse perperam.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Novum causavit gaudium
Compleatum vaticinium
Jeremiae prophetae,
Cum femina circumdedit
Virum, qui mundum excedit
Et gubernat discrete.
2. Angelico tripudio
Pro nato Dei filio
Congaudet virgo mater,
Quae materiam tribuit,
Quam genitam exhibuit,
Ut esset noster frater.
3. Resurgentis victoria
Lapsa mortis memoria
Laetificat Mariam,

Verso fletu in gaudium
Discantat horologium
Consonam melodiam.

4. Semigaudet puerpera,
Dum scandit super sidera
Natus, quem dilexerat,
Plus quam creata cetera
Et sic manet ut misera,
Nam vitam amiserat.
5. Super caelum empyreum
Ad latus nati melleum
Gaudet mater locata,
Ubi secreta divina
Videns praest ut regina
A dextris coronata.

Ad Benedictus.

- A. Mirabile mysterium
Cum gaudio decantatur,
Cum salutis commercium
In virgine declaratur,
Quando creator omnium
Carnem humanam induit
Et post temporis terminum
Fragilem se exhibuit;
Qui traxit magos per stellam,
Qui munera obtulerunt,

Brev. Noviomense imp. Parisiis 1515. — In Laud. A 4, 4 fehlen drei Silben; creata ergänzt. — Die Hymnen siehe Anal. XIII, Nr. 111 und 112.

Cum invenerunt puellam,
Cum natum adoraverunt,
Qui spoliavit infernum
Et post ascendit ad astra,
Ut daret munus supernum,
Quo sterneret mundi castra,
Et post matrem coronavit
Omnium imperatricem,
Per quod mundo spem donavit
Esse cunctis adjutricem.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Mater Dei gloriosa,
Virgo, rosa speciosa,
Licit vires pro tuorum
Memoria gaudiorum
Propriae non sufficient
Sed penitus deficiant,
Tuae tamen ad decorum
Sanctitatis et honorem
Ipsa pie recolimus
Gaudia teque poscimus,
Pulsis ut facinoribus
Gaudiorum honoribus
Caelestium gaudeamus.

53. De septem Gaudiis BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Gaude virgo nunc Maria
De stirpe nata regia,
Quae per aurem concepisti,
Angelo dum credidisti,
Supernorum Dominum.
2. Gaude, virgo generosa,
Nam mater es speciosa
Dei, qui de te nascitur,
Nec alvus tuus laeditur
In pariendo Christum.

Dreyes, Historiae rhythmicae. IV.

3. Gaude, quod ab oriente
Magi venerunt repente,
Natum tuum adorantes,
Aurum, thus, myrrham ferentes
Angelorum Domino.
4. Gaude, quod est praesentatus
Per te, virgo, tuus natus
In templo, Simeon gratus
Christoque, quem amplexatus
Est cum cordis jubilo.
5. Gaude, quod Christus surrexit
De morte, qui et protexit
Oves suas, quas dilexit,

Et pie ad caelos vexit
Has sumens de barathro.

Ad Magnificat.

A. Gaude, virgo, quae post Christum
Mundum exuisti istum
Et in caelos es translata,
Ubi regnas adornata,
Tamquam imperatrix sedes,
Duodenas ornas sedes;
Orna virgo vitam meam,
Ut post istam mortem queam
Regnare cum tuo filio.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Gaudemus, fratres,
cum cordis tripudio,
Venite psallamus
cunctipotenti Deo
Ac Mariae jubilemus
dulci cantico.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Gaude, mater ecclesia,
Nova frequentans gaudia
De advocata strenua,
Quae est caelorum regina.
2. Gaude, Maria, stella maris,
Orta ex radice Davidis
Cum nulla macula criminis.
3. Gaude, theotoca humilis,
Emanuel namque concepitis
Virtute divini numinis.

Responsoria.

1. Gaude, stella matutina,
O virgo dulcis, Maria,
Mundi princeps et regina,
Mater Dei digna dici,
Contra tela inimici
Gaudium pone salutis,
Tuae titulum virtutis;
Tu es enim virga Jesse,

In qua Deus fecit esse
Aaron amygdalum
Mundi tollens scandalum.

- V. Gaude, sponsa tu electa,
Quod es nobis via recta
Ad aeterna gaudia,
Ubi pax et gloria
Tu nos aure pia
exaudi, dulcis Maria.
2. Gaude, concha Gedeonis,
Maria, nam de altis thronis
Tu concepisti filium,
Ob id templum Salomonis
Facis atque tuis donis
Praebe caeleste gaudium.
- V. Portam Ezechieli
Rex gloriae intravit,
Dum voce Gabrielis
Mariam fecundavit.
3. Gaude, virgula Jesse,
Quae florem in plena messe
Mundo lapsi protulisti,
De tuo suscepit esse,
Quod nobis fuit necesse,
Deus, qui ex tuo
uterlo processit ad ortum,
- V. Cernere divinum
lumen gaudete, fideles.

In 2. Nocturno.

Antiphona.

3. Gaude, Dei thalamus,
Myrrha, thus et balsamus,
O Maria.

Responsoria.

1. Gaude, allatrix gratiae,
Reges Tharsis et insulae
Christo dona obtulerunt,
Aurum ut regi gloriae,
Myrrham ejus sepulturae,
Per thus Deum designa-
verunt.
- V. Gaudiose stella nova
Fulgens ab ortu ut rosa

- Magos ad praesepe duxit,
Cum quibus gaudes, Maria.
2. Gaudium Christus attulit
Barathri claustra rumpendo
Patribus, quos carcer vinxit,
Hos a morte redimendo.
 - V. Maria tunc exsultavit,
Quia vivum Christum vidi,
A morte dum resurrexit,
Qui captis opem praebuit.
 3. Gaudia magna
nos pellunt promere
Laudes Christo,
ad solium gloriae
Qui scandit,
Mariae iter pandit.
Gaudes, Mater, de palma
victoriae.
 - V. Laetetur cor tuum,
virgo regia,
Nam tuus natus
transcendit aethera.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Gaude, Maria,
Templum summacmajestatis,
Quia es speculum
Pulchrae virginitatis.
2. Gaude, Maria, rosa de
Jericho,
Quia tu placuisti altissimo,
Ora pro tuo devoto populo.
3. Gaude, Maria, lux gloriae,
Nam das ornamentum gratiae.

Responsoria.

1. Gaude, virgo Maria,
Cunctas haereses interemisti,
Quae Gabrielis archangeli
Dictis credidisti
Et post partum virgo
Inviolata permansisti.
- V. Gabrielem archangelum
Te credimus esse affatum,

- Uterum tuum de spiritu sancto
Credimus impraegnatum;
Erubescat Judaeus infelix,
Qui dixit Christum ex Joseph
semine esse natum.
2. Gaude, clara Dei margarita,
Pulchra basilica,
Laetare, virgo Maria,
Tu es caelorum domina;
Te enim laudare rite
Nequit omnis creatura,
Nam praebes auctorem vitae
Et fabricantem omnia.
 - V. Fac nos, virgo
dulcis et decora,
Gaudere tecum
in mortis hora.
 3. Gaudent chori angelorum,
Ac virtutes caelorum
Student tibi resonare
Melos dulce, mulce gnare
Natum tuum, o Maria,
Qui matrem super sidera
Te collocavit omnia;
Nos a nece tua prece
Salva, Alleluja.
 - V. Gaudeat turba clericorum,
Quod advocata orphanorum
Super agmina angelorum
Est cum jubilo
Fluvioque gratiarum
Pulchre locata.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Gaudium tibi, Maria,
Fuit, quando mente pia
Archangelo credidisti.
2. Gaude, genetrix fidelis,
Natum, qui venit de caelis,
Virgo quod tu peperisti.
3. Gaudio fuisti gavisa,
Quando perduxit stella visa
Magos ad Christum, o Maria.

4. Gaude, quod verum Deum
Natum induxisti ad templum,
Quem benedixit tunc propheta.

5. Gaude, virgo de triumpho,
Quem de tribu Juda leo
Fecit a morte resurgendo.

Ad Benedictus.

A. Gaudes, Maria inclita,
Quod hic, qui venit de Bosra,
Victor existens nobilis
Ascendit regnans in caelis.
Fac nobis hunc propitium,
Ne cadamus in barathrum.

Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 20. A. — Viatieus Misnensis imp. Lipsiae 1502. B. — Diurn. Misnense imp. Lipsiae 1511. C. — Brev. Misnense imp. Lipsiae (?) 1517. D. — In 2. Noct. AA I u. 2 prosaisch. — Ad Bened. A, 5 Fac nos hunc A. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 9 Fungar in perpetuo ABCD. — Hierzu der Hymnus: Gaude sideribus mater quae imperas (Anal. IV, 58).

54. De Gaudiis BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Gaude, regina nobilis,
Virgo incomparabilis,
Rosa rosarum omnium
Et litorum lilyum.
2. Gaude, virgo dulcissima,
Cujus corpus et anima
Singulare miraculum,
Miraculorum speculum.
3. Gaude, cuius eloquia
Sunt sicut mala aurea,
Et cuius motus animi
Vincunt odorem balsami.
4. Gaude, cuius operibus
Tamquam stolis regalibus
Nitit corpus ecclesiae,
Vestitur rex justitiae.
5. Gaude, virgo amabilis,
Tota desiderabilis,
Da nobis desiderium
Videndi te et filium,
Ut nostro desiderio
Vestra accedat visio.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Gaude, quod sanctos superas
In hoc, quod Christo imperas,
Ut potens mater filio,
Et quod tua gloria
Non terminabitur in saecula.
Deo nos reconcilia,
Quae mater es et filia,
Ut nos tuo gaudio
Fruamur in perpetuo,
Tuo, Christe, nimio
Muniti patrocinio.

R. Gaude, decus ecclesiae,

Mater misericordiae,
Virgo mitis et benigna,
Sola bona, sola digna
Omni laude et honore
Omni loco et tempore.

V. Fac ad nostrum solatium
Dilectum tui uteri
Nostrorum semper cordium
Totis medullis inseri.

Ad Magnificat.

A. Gaude, matrona caelica,
Exsultando magnifica
Deum tuum salutarem,
Qui te fecit singularem.
Tu ancillam Jesu Christi
Te vocari voluisti,
Sed, ut docet lex divina,
Tu ipsius es domina,
Nam jus habet et ratio
Matrem praeesse filio;
Ergo ora suppliciter
Et praecipe sublimiter,
Ut nos in mundi vespera
Ad regna ducat supera.

A d M a t u t i n u m .

Invitatorium.

Regentem sine fine
Christum adoremus
Mentisque dulcedine
Mariae jubilemus.

I n 1. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Virgo, Deo plenissima,
Ad nos tua praesidia
Misericors, propitia
Converte, sancta Maria.
2. Te genetricem splendidam
Confitemur et unicum
Aeternae sapientiae,
Maria, tu nos respice.
3. Deterge nostra crimina
Corda sanans languentia,
Cui aegra clamat anima:
Succurre, sancta Maria.

Responsoria.

1. O spes divina,
via tuta, potens medicina,
Porridge subsidia
miseris, o sancta Maria,
- V. In te gaudemus,
per te commissa dolemus.
2. Lux indeficiens,
venerabile sidus et ingens,
Illucesce pia
relevandis, sancta Maria,
- V. Praeduce te patriam
tendimus ad superam.
3. O clemens domina,
spes desperantibus una,
Culparum venia
largissima, virgo Maria,
- V. Per te vivamus,
ad te per te veniamus,

I n 2. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Quibus te, virgo, laudibus
Attollere poterimus,
Quorum sordent eloquia
Et actus, sancta Maria.
2. Emunda conscientiam,
Conserua innocentiam,
Fidem in nobis robora,
O theotocos Maria.
3. Mentes nostras sanctifica
Tranquilla donans tempora,
Misericors, pacifica,
O theotocos Maria.

Responsoria.

1. Vera Dei genetrix,
humanae stirpis amatrix,
Ex te justitia
processit, sancta Maria,
- V. Quae damnum reparat,
quod prima propago pararat.
2. O caeli porta,
nova spes mortalibus orta,
Duc, refove, sana
properantes, sancta Maria,
- V. Ad te respicimus,
quam tota mente sitimus.
3. Oramus, domina,
carnis quos crebra ruina
Allicit ad vitia,
releves, o sancta Maria,
- V. Parce libens miseris,
quae cunctorum misereris.

I n 3. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Gaude, nostra sollemnitas,
Gaude, nova jucunditas,
O flos florem concipiens,
O rosa rosam pariens,
Per te mens nostra gaudeat
Et in Deo refloreat.

2. Gaude, quae pio filio
In virginali gremio
Dulcem infigens oculum
Suave dedisti osculum.
3. Exaudi nostra carmina
Acta delens peccamina
Et bona reddens perdita,
O sanctorum sanctissima.

Responsoriā.

1. Sacratissima virginum,
Corruptae mentis oculum
In te rei defigimus
Et protegi deposcimus.
- V. Te lacrimis, precibus
matrem pietatis adimus.
2. O spes nostra et gaudium,
Singulare refugium,
O sola salus omnium
Te caste diligentium,
- V. Salve, salvatrix
et lapsorum relevatrix.
3. Gaude, regina praepotens,
Aeterna luce praenitens,
Gaude, caelorum domina,
O virginum pulcherrima,
O misericordissima,
Gaude perenni gloria.
- V. Fac nos laetari
faciemque tuam speculari,
Plenam virtutis
dulcedinis et pietatis.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. O mater regis filii,
Cujus regni non est finis,
Felix dies ortus tui,
Qua illuxisti saeculis.
2. Per te divino jubilo
Jungamur caeli asylo,
Quo tecum Jesu Domino
Fruamur sine termino.
3. Laudent te nostra labia,
O virgo sacratissima,

- Qui velamento tuarum
Nunc exsultamus alarum.
4. Caelum, mare et arida
Te benedicant, domina,
Nosque et nostra omnia
Benedic et sanctifica.
5. Collaudent Deum omnia
In matre sacratissima,
Cujus amori debitum
Persolvimus obsequium.

Ad Benedictus.

O angelorum gloria,
O pietatis viscera,
Subveni nobis, domina,
Plena misericordia,
Qui sedemus in tenebris
Ad te directis oculis.

Per Horas.

Ad Tertiam.

- R. Salve, porta poli,
per quam lux splenduit orbi,
- V. Fer pia devotis
auxilium famulis.

Ad Sextam.

- R. Salve, Christifera,
caelesti munere digna,
- V. Ora pro famulis,
o benedicta, tuis.

Ad Nonam.

- R. Salve, Maria,
lux et mundi domina,
Nato tuo nos
clementer concilia.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Ave, summi regis sponsa,
Virgo et mater, gloriosa
Caelorum regina,
Pretiosa
Paradisi rosa,

Stella rutilans, aurora,
Angelorum gloria,
Sanctorum laetitia,
Justorum subsidium,

Spes defunctorum,
Advocata pia
Esto nobis apud Deum
Semper, virgo Maria.

Brev. Aquilegiense saec. 15. Cod. Semin. Brixinen. s. n. A. — Brev. ms. Pollingense saec. 15. Clm. Monacen. 11903. B. — Brev. ms. S. Nicolai Patavien. saec. 15. Clm. Monacen. 16140. C. — Brev. ms. Augustanum saec. 15. Cod. Vatican. Palat. 523. D. — Brev. ms. Monasticum Gallicum saec. 13. Cod. Turicen. Rhenov. CX. add. saec. 15. E. — Psalm ms. saec. 13. Cod. Civit. Nuremberg. Solg. IV. 2. add. saec. 15. F. — Brev. Curiense imp. Augustae 1520. G.

In 1. Vesp. **A** 3, 1 eloquia fehlt A. — **R**, 7 sqq. fehlen B; G hat an dieser Stelle das **R** 3 der 3. Noct. — Ad Magn. **A**, 5 Jesu fehlt G. — Ibid. 13 in fehlt G. — Ad. Complet. Super nunc dim. hat D folgende Antiphon:

O Maria, virgo virginum,
Summum trinitatis sacrarium,
Angelorum speculum,
Scala sanctorum omnium,
Tutum peccatorum refugium,
Cerne, pia, nostrum periculum,
Sume suspirium,
Fac nobis placatum
Tuum pium natum,
Redde nobis filium.

Invit. 1 Regem sine G; AB haben dagegen folgendes Invitatorium:

Gaude, virgo virginum,
Gaude, florens lilyum,
Maria, mater Domini.

D hat beide. — In 1. Noct. **A** 2, 4 Sancta Maria nos respice A. — **A** 3, 1 nostra vulnera BD. — **A** 3, 2 sana G. — **R** 2, 4 o sancta G. — **R** 2, 6 quo tendimus ad supernam G. — **R** 3, 2 o spes G. — **R** 3, 4 sancta Maria A. — In 2. Noct. **A** 1, 4 Actusque G. — **A** 3, 1 castifica A. — **A** 1, 6 pafrarat G. — In 3. Noct. **A** 3, 1 nostra crimina G. — **B** 1, 5 lacrimarum B, precantibus G. — **R** 2, 3 sola fehlt G. — **R** 2, 6 reparatrix A. — Ad Laudes. **AA** prosaisch, während die obigen fünf **AA** in 2. Vesp. untergebracht sind DG; dass dieselben aber ursprünglich in die Laudes gehören, beweist ihre Anspielung auf die Laudespsalmen. — **A** 2, 3 Domino fehlt G. — **A** 3, 1 Laudant A. — **A** 3, 3 velamento tuarum G. — **A** 3, 4 exsultamus tuarum G. — **A** 4, 2 benedicunt G. — **A** 5, 3 Cum amore debito G. — **A** 5, 4 officium G. — Ad Bened. **A** prosa DG; diese **A** ad Primam G. — Ad Horas **RR** nur BD. — In 2. Vesp. ad Magn. **A** fehlt A. — A betitelt das Officium „Sabbato de S. Maria“.

55. De Gaudiis BMV.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Gaude, Dei mater,
Quia Deus pater
Suscitavit filium
A mortuis, Jesum Christum.

R. Gaude, mater, virgo pia,
Speciosa tu Maria,

Item in hoc festo gaude,
In quo tua proles laude
De sepulchro resurrexit
Et de claustris vinctos vexit.

V. Quam gavisa tunc fuisti,
Suum vultum cum vidisti.

Ad Magnificat.

A De Magdalo peccatricem,
Narratur, ad primam vicem
Jesum perspexisse
Morte surrexisse,
Sed haec qui scripserunt,
Apte innuerunt,
Quod prima omnium
Vidit suum filium
Illa munda Dei cella,
Quae vocatur maris stella;
Haec est enim firma stola,
In qua mansit fides sola,
Dum quievit tumulatum
Corpus Jesu vulneratum.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Alleluja, filius virginis
Resurrexit a mortuis,
Ipsum adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphona.

Jam surrexit tuus natus,
Magna laude coronatus,
Inde, virgo, gratulare,
Tuos servos consolare.

Responsoria.

1. Nemo unquam gaudio
Tanto exsulavit,
Virgo mater hodie
Quanto abundavit,
Ut ipsius filius
mortem superavit.
- V. Hanc populus laudet
genetricem, quae modo gau-
det.
2. Caelum, terra et tu, mare,
Toto posse gratulare,
Gaudet clara maris stella,
Angelorum domicella,

- Nam surrexit suus natus,
Peccatori cruciatus.
V. Nos, qui ejus indigemus,
Plus prae cunctis exultemus.
3. Plus quam omnes dilexisti,
Prima quoque perspexisti,
Virgo mater, tuum natum
Resurgentem laureatum.
V. Voce tua posce
nos caelis cernere posse.

In 2. Nocturno.

Antiphona.

Partu mater illibato
In hac die exsultato,
Jesum Christum, tuum natum,
Vide morte suscitatum.

Responsoria.

1. Virgo, mundi domina,
caelorum regina,
Te monemus gaudium
prece matutina,
Quod habebas pleniter
isto die festi,
Cum surrexit filius,
pro quo prius flesti;
- V. Hinc a nobis fer peccatum
Propter tuum exsultatum.
2. Corpus Jesu dum quievit
In sepulchro, abolevit
Murmur fidem ab ovili,
Sed tu, virgo, spe subtili
Sola fidem sustulisti,
Surrecturum credidisti.
- V. Hinc a nobis venerare,
Semper gaude et laetare.
3. Gaude, virgo virginum,
caelorum regina,
Jam surrexit filius
crucis de sentina,
Hunc pro nobis flagita,
rosa sine spina;
- V. Resurrexit magna laude
Natus tuus, virgo, gaude.

In 3. Nocturno.

Antiphona.

Tibi nostrae dominae
digne decantamus,
Da per tuum gaudium,
quod jam memoramus,
Ut a nostris faecibus
omnes resurgamus.

Responsoria.

1. Fide constantissima,
virgo, praedicaris
Cum cohorte dubia
neque aestimaris,
Ista die intime
es laetificata,
Prole dilectissima
morte suscitata.
- V. Eja, tuis famulis,
virgo, miserere,
Praesens dele crimina,
quotquot commisere.
2. Ista die filius
tuus triumphavit,
Surgens namque tristia
cuncta superavit,
Nobis larga crederis
tanto de honore,
Ergo dona famulis
munus in amore;
- V. Quanto plus piae filii
tua proles digna,
Dominabus omnibus
plus es tu benigna.
3. Te Mariam virginem,
matrem Jesu Christi,
Quae de omni macula
pura exstisti,
Imploramus supplices,
nobis pia esto,
Fac nos tui filii
hoc laetare festo.
Tantum quod post obitum
illuc veniamus,

Ubi te cum filio
semper videamus.

V. Nobis, virgo nobilis,
nunc propitiare,
Tecum tuo gaudio
da nos exsultare.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Gaude, mater Domini,
virgo singularis,
Jam surrexit filius
tuus salutaris,
Nobis tuis famulis
hinc miserearis.
2. Ad sepulchrum angelus
adens protestatur,
Quod surrexit filius,
qui cruciabatur,
Inde tuus spiritus,
mater, jucundatur.
3. Ex adventu angeli
sunt custoditores
Facti velut mortui
ejus per terrores,
Quod de tua anima
evulsit dolores.
4. Cum in urbe referunt
mirum se vidisse,
Ad sepulchrum angelos
de caelo venisse,
Gloriaris filium,
virgo, surrexisse.
5. Visitando feminae
mane monumentum,
Quod abinde referunt
tibi gaudimentum,
Sed erat apostolis
hoc deliramentum.

Ad Benedictus.

- A. Benedicta sis, Maria,
Jesu Christi mater pia,

Quae jam valde gratularis,
Quia natum conspicaris
De dolore evasisse
Et a morte surrexisse.

A d Horas.

Ad Primam.

- A. Jam exorto lucis sole
Adulescens albae stolae
Jesum vivum protestatur,
Inde mater jucundatur.

Ad Tertiam.

- A. Gaude, virgo, lux caelorum,
Mater regis angelorum,
Ista die revivixit
Tuus natus, sicut dixit.

Ad Sextam.

- A. Qui pro nobis tulit esse
Natus tuus, virga Jesse,
Jam potitus magna laude
Resurrexit, ergo gaude.

Cod. Gracce. 257. saec. 15. — „Officium de domina nostra, de gaudio ipsius, quod habuit in resurrectione sui filii.“

Ad Nonam.

- A. Mortem vicit in hac luce,
Qui necatus est in cruce,
Tuque, mater, tristabare,
Virgo mater, nunc laetare.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Jam se sole inclinante,
Die quoque vesperante
Natus tuus, virgo pia,
Se duobus jam in via
Ostendebat surrexisse,
Qui tardabant credidisse;
Primo ipsum cognoverunt,
Dum ad mensam accesserunt,
Sic et nobis, virgo, dona,
Ut agentes istic bona
Mereamur, quamvis rei,
Consedere mensae Dei.

56. De Gaudiis BMV.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Gaude, mater Domini,
virgo singularis,
Jam ascendit filius
tuus salutaris,
Nobis tuis famulis
hinc miserearisi.

Ad Magnificat.

- A. Virgo, tuus filius
ascendit in nube,
Jubilabunt cithara
quasi voce tubae,
Intra caelum valide
ipsi congaudetur,

Nam excelsi filius
ibi nunc videtur
In paterna gloria,
ad quem matris sedes;
Juxta solem fulgida
stella lucem praebebat.
Tua pulchritudine,
prolis deitate
Exsultant caelicolae
in aeternitate,
Unde te suppliciter,
virgo, imploramus,
Nato nos concilia,
polo ut cernamus
Et cum ipso pariter
in sereno cultu
Confruamur gaudio
suo claro vultu.

A d M a t u t i n u m .

I n v i t a t o r i u m .

R e g e m n a t u m d e M a r i a ,
A s c e n d e n t e m m i r a v i a ,
A d o r e m u s m e n t e p i a .

I n 1 . N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. V i r g o , d u l c i s t u u s n a t u s
I s t a d i e e x a l t a t u s
S u p r a c e a l o s e s t l e v a t u s .
2. D e t e m a t r e q u i e g r e s s u s ,
M o r t e m p r o p t e r n o s p e r p e s s u s ,
E s t a d p a t r e m n u n c r e g r e s s u s .
3. Q u i e x i v i t v i r g i n a l e s
P o r t a s , f r a n g e n s i n f e r n a l e s ,
N u n c i n i v i t a e t e r n a l e s .

R e s p o n s o r i a .

1. D i l e c t u s m e u s a b i i t
i n i p s i u s h o r t u m ,
U b i s e m p e r g a u d i u m
p o e n i s n o n r e t o r t u m ,
I l l u c v e r a e t e n d i t e
a d s a l u t i s p o r t u m .
- V. D o n a n o b i s g r a t i a m
h i c a d p a e n i t e n d u m
E t i n m o r t e s t u d e a s
n o b i s s u c c u r r e n d u m .
2. V i r g o , d e c u s s a e c u l i ,
c l a r a s t e l l a m a r i s ,
P u l c h r a t u a f a c i e s
f u l g o r u t l u n a r i s ,
P r a e e l e c t a o m n i b u s
u t s o l l u m i n a r i s .
- V. F a c n o s t u u m f i l i u m
m o d o a s c e n d e n t e m
J u d i c e m s u s c i p e r e
l a e t e v e n i e n t e m .
3. C u n c t a r u m p u l c h e r r i m a
o t u m u l i e r u m ,
Q u o d i l e c t u s a b i i t
t u u s h i c d i e r u m ?

A d c a e l o r u m s o l i u m
n u n c a s c e n d i t m i r e ,
J u v a n o s p o s t o b i t u m
I l l u c p e r v e n i r e .

- V. F a c i n n o b i s c o r s i c e r u m ,
U t n o s c a m u s i t e r v e r u m .

I n 2 . N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. O r a , v i r g o , n o b i s D e u m ,
P e r t e f a c t u m G a l i l a e u m ,
A s c e n d e n t e m a d o e u m .
2. C o n d i g n a t u m d e t e n a s c i
E t d e t u o l a c t e p a s c i
A s c e n d e n t e m n o b i s a c c i .
3. I n t e q u i s e h u m a n a v i t ,
M o d o c a e l o s p e n e t r a v i t ,
H i n c m e n s t u a e x s u l t a v i t .

R e s p o n s o r i a .

1. S o n p u s t u a e c a s t i t a t i s
N a t u s e t v i r g i n i t a t i s
C u m a s c e n d i t s u p e r c a e l o s ,
D e c a n t a b a n t s a n c t i m e l o s ;
O q u a m l a e t a e x s t i t i s t i ,
C u m t u , m a t e r , h o c v i d i s t i !
- V. V o c e t u b a e a n g e l o r u m
J a m a s c e n d i t r e x c a e l o r u m .
2. G a u d e , v i r g o , c a e l i p o r t a ,
P e r q u a m n o b i s l u x e s t o r t a ;
G a u d e , v e l l u s G e d e o n i s ,
T h r o n e n o v i S a l o m o n i s ;
Q u i e l e g i t t e i n m a t r e m ,
I v i t l a e t u s j a m a d p a t r e m ;
- V. H u n c p r o n o b i s , m a t e r , o r a
I n e x t r e m a m o r t i s h o r a .
3. G a u d e , v i r g o v i r g i n u m ,
C a e l i t u r e g i n a ,
J a m a s c e n d i t f i l i u s
I n e x c e l s u m S i n a ,
H u n c p r o n o b i s f l a g i t a ,
R o s a s i n e s p i n a ,
- V. C h o r i g a u d e n t a n g e l o r u m ,
Q u o d a d v e n i t r e x i p s o r u m .

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Jam ascendit voce tubae
Tuus natus clara nube,
Hunc placare nobis jube.
2. Dele labes peccatorum
Ista die, qua caelorum
Scandit regnum lux sanctorum.
3. Eja, nostra advocata,
Propter ista festa grata
Dele nostra scelerata.

Responsoria.

1. Virgo mater, nunc exulta,
Adornaris laude multa,
Fructus namque tui alvi,
Per quem facti sumus salvi,
Jam ascendit super caelos,
Unde tibi damus melos;
- V. Victo bello Babylonis
Sedet modo super thronis.
2. Foras in Bethania
Jesu praecedente,
Turbaque fidelium
eum prosequente,
Elevatis manibus
sursum ferebatur,
A te et discipulis
illud videbatur;
Propter istud gaudium,
quo tunc fruebaris,
Virgo, tuis famulis
nunc miserearais;
- V. Juva, quod post obitum
illuc veniamus,
Ubi te cum filio
semper videamus.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Isto die, domina,
tecum gloriamur,

Quod ascendit filius
caelos, recordamur,
Illuc per te ingredi,
virgo, mereamur.

2. Nato tuo psallimus
caelum ascendentis
Tibique concinimus
inde pergaudentis,
Sibi nos concilia
olim venienti.

3. Foras in Bethania
Jesu praecedente
Sequuntur quam plurimi,
quos benedicente
Scandit super sidera
te aspiciente.

4. Hunc a tuis oculis
nubes occultavit,
Gaudent omnes angeli,
caelos cum intravit;
Quantum tuus spiritus
inde exsultavit!

5. Mox videbas angelos
laetos descendentes,
Adventurum judicem
natum praedicentes,
Nos ipsum suspicere
juva tunc gaudentes.

Ad Benedictus.

A. Gaude, virgo, in hac die,
In qua tua proles pie
De deserto Babylonis
Scandit regnum aquilonis;
Ibi secum nunc laetaris
Et a nobis veneraris,
Illuc per te adjuvemur,
Ut aeternum jucundemur.

Cod. Graecen. 257. saec. 15. — „Incipit offic. de B. V. in admonitione
gaudii, quod habuit in ascensione sui filii. — In 3. Noct. A 1, 3 Hinc. —
In Laud. A 1, 5 te aggredi. — A 2, 6 Lücke von zwei Silben; olim ergänzt.

57. De Gaudiis BMV.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Nos peccatis nostris maesti
Hujus magni die festi
Imploramus te, Maria,
Nos soleris, virgo pia.

Ad Magnificat.

A. Ave, templum Domini,
virgo gloria,.
Pneumatis sacrarium,
flos et florum rosa;
Ave, spes et unica
salus nostrae spei,
Ave, nostra domina,
mater nostri Dei;
Ave, domicilium
omnium virtutum,
Ave, contra jacula
hostis nostrum scutum;
Ad te tristes orphani
currunt, quos soleris,
Dona sancti spiritus
nobis depreceris.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus Dominum
Matris in honore,
Qui dat sanctum spiritum
Pro consolatore.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Fili patris Dei
Nec non matris mundae,
Ut salvemur rei,
Sanctum flamen funde.
2. Servos matris tuae
Tibi nunc devotos
Causa precis suae
Fac peccatis lotos.

3. Hac festivitate
Eam venerantes
In aeternitate
Effice laetantes.
Responsoria.

1. Stirps Jesse virgam
produxit virgaque florem,
Et super hunc florem
requiescit spiritus almus;
- V. Virgo Dei genetrix
virga est, flos filius ejus.
2. Virga tuum florem,
caeli decus, orbis honorem,
Quem contra morem
paris intemerata pudorem,
In nobis nasci
fac, nos per eumque renasci,
- V. Vi superioris
divini germen amoris.
- R. O rubicunda rosa,
nullo vitio maculosa,
Mater virtutis,
auctrix tu sola salutis,
- V. Ut te duxtrice
capiamus gaudia vitae.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sanctum pneuma veneramur,
Cujus cellam te laetamur,
Consolari hoc precamur.
2. Jesu mater, labe pura,
Sancto rore nos procura,
Ne damnemur in tortura.
3. Ut sit nobis gloriandum,
Natum tuum venerandum
Monstra nobis ad spectandum.

Responsoria.

1. Fulgida stella maris,
quam multa laude bearis!
Es meritis plena,
quia mater, virgo serena,

- Per te salvantur,
quicunque tibi famulantur;
V. Sis misericordia nostra,
quia pia salutis es auxilium.
2. Christi supereminentissam
Veneremur in Maria gratiam,
Quoniam elegit
Eam Deus et praelegit
In habitationem sibi.
V. Haec munus spei
det nobis et requieci.
3. Salve, porta poli,
Domino quae pervia soli,
Tu mater Christi
fieri quae digna fuisti,
Tu virgo mitis,
da verae pocula vitis,
V. Ut laeti patriam
valeamus adire supernam.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgo pulchra facie
Moribus serena,
Tu supernae gratiae
Abundanter plena,
Duc nos ad amoena.
2. In hoc sancti spiritus
Festo damus vota
Tibi nec non filio
Mente nostra tota,
Tu nos illo pota.
3. Mentes nostrae permanent
Veritate caecae,
Has, virgo, illumina
Lota inde faece,
Ne damnemur nece.
Responsoria.

1. Virgo speciocissima
Et in omnes te invocantes cle-
mentissima,
Tu, quae salvatorem genuisti
Nec pudorem amisisti,
Nos tibi devotos agnosce
Et post mortem filii
gratiam posce;

- V. Regni consortes
ut simus, dilue sordes.
2. Ave, mater misericordiae,
Ave, solamem miseriae,
Ave, sanctorum gloria,
Ave, totius boni copia,
Juva misericorditer
Ad te clamantes jugiter,
V. Quae spiritu sancto teste
Manens virgo meruisti
Mater esse.
3. O beatus uterus,
inexpertus virum,
Qui creavit filium
ad naturae mirum,
Hunc, qui suo sanguine
suos liberavit
Et de caelis spiritum
sanctum destinavit,
V. Hic est ille, Moysi rubus
Quem signavit incorruptus,
Aeternum vere generavit.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Modo tuus filius,
Virgo, destinavit
Illi sanctum spiritum,
Quos crux lavit,
Qui et, dum conciperes,
tibi obumbravit.
2. Qui te cunctis feminis
praeilluminavit,
Corda apostolica
modo visitavit,
Inde tuus spiritus
jure exultavit.
3. Misit in apostolos
Deus sanctum pneuma,
Quod his linguae attulit
omne figureuma,
Virgo, quae hunc filium
genuisti, neuma.
4. Quavis sancti spiritus
semper plena dote,

Descendente attamen
ipso modo poter,
Plus es prae apostolis
gavisa devote.

5. Linguis sancto spiritu
novis informati
Loquuntur magnalia
tui cari nati.
Magnum tuum gaudium
Hoc, mater, mirati.

Cod. Gracen. 257. saec. 15. — „Incipit officium B. V. de gaudio, quod
habuit in adventu sancti spiritus.“ — In 1. Vesp. Ad Magn. A, 14 curri
quos. — In Laud. A 1, 3 Alis sanctum. — A 5, 5 tue gaudium.

58. In Assumptione BMV.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Laetus plaudat
coetus ecclesiae,
Caelesti
congaudendo curiae,
Vitae generatrix
et gratiae
A morte
resurrexit hodie.
2. Haec est illa,
quae vitam peperit,
Per quam mundus
salutem reperit,
Mortis aculeus
qua deperit,
Mortem suae
carnis quae proterit.
3. Post hiemem
turtur insonuit,
Quando mortis
imber succubuit,
Qua corrumphi
virgo non potuit,
Quae Deum
incorrupta genuit.
4. Mater sancta,
vita viventium,
Per quam vita
vivit credentium,

Ad Benedictus.

A. Benedicta inclita
virgo stirpis piae,
Quae es porta gratiae,
quam hac misit die
Christus, tuus filius,
servis et amicis,
Te rogamus, respice
nos illius mitis.

Ades votis,
pia, fidelium,
Festis te
laudibus canentium.

5. Nunc resurgis
in carnis gloria,
In qua carnem
se fecit gratia,
Nos a culpis
obtenta venia
Tua resuscitat
potentia.

R. Conscendit ad
caeli palatia
De nostri
pulveris angustia
In virore
carnis floridula
Ut ex pigmentis
fumi virgula;
V. Ascendit de
deserto saeculi
Ad ipsum usque
caput anguli.

Ad Magnificat.

A. Hodie refloruit
caro virginis
Labe superata
nostrae originis,

Transit saccus nostrae
vilitatis in gloriam
De squalore
terreno in laetitiam;
Matris in praemio
laudemus filium,
Simile sperantes
ab eo gaudium.

A d M a t u t i n u m .

Invitatorium.

Filiae Sion, concurrite,
Laudare Deum accedite,
Festum in condensis agite,
Christi matrem canite,
Resurgentis choros ducite.

I n 1. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. In terram nudo
grani jacto semine
Crescit laeta seges
ex tali germine,
Sic Mariae corpus
resurgit in gloriam
Mortalis casus
evincens tristitiam.
2. Quod homo seminat,
vitam non accipit,
Si non prius mortis
sinus hoc recipit;
Jam de sinu mortis
virgo reducitur,
Quae vitam peperit,
qua mors emoritur.
3. Mors absorpta est
in Christi victoria,
Vitae mater in
vitiae reddit gaudia,
Surgit, quae dormit,
suscitante filio,
Fulget candens
eternae lucis radio.
4. Post hiemem verni
flores dum rutilant,

Aves jam novo
tempori conjubilant,
Matri Christi turba
complaudit caelica,
Dum pleno surgit
gaudio mirifica.

5. In spe sancta cuius
caro quieverat,
Humani generis
quae spem pepererat,
In rem spei suae
resurgit hodie
Augeantur laudes
adauctae gloriae.
6. Carnis corruptelam
ipsa non pertulit,
Mundi corruptelam
quae partu sustulit,
Nec in matrem
invaluit corruptio,
Quae vim suam
non tenuit in filio.

Responsoria.

1. Christus resurrexit,
primitiae dormientium,
Nobis reserans aditum
ad terram viventium,
Quo intemeratum
corpus transfertur hodie,
In quo carnem se
fecit rex gloriae.
- V. Verbum caro factum est
de carne virginis,
Quae nunc renovatur
in decore luminis.
2. Virgo singulare
templum Deo et homini,
Exspectabat beatam spem
atque adventum Domini,
Venit ipse, qui venerat,
exsurgit, quae dormierat.
- V. Resuscitavit
pater filium
Et matrem filius
in gaudium.

3. Hodie corpus
nostrae humilitatis
De terrenae surgens
sorde vilitatis
Reformatur et per
gratiam configuratur
De se nato corpori
divinae claritatis.
- V. Sanctum est templum
tuum, Domine,
Mirabile
in aequitate.
4. Matrem Christi,
quam decuit sanctitudo,
In quam gratiae
descendit plenitudo,
Resurrectionis
ornat pulchritudo
Et perpetua
dierum longitudo.
- V. Dominus regnator
decorem induit
Se et eam, quae
Christum carne genuit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Carnis vetustatem
virgo jam repulit,
Quae nostram de se
novitatem protulit,
Gaudet, chorus jam
baptismo renovatus,
Atque spera, quod
resurgas hinc beatus.
2. Adduxit Dominus
ventum de deserto,
De ventre thalamum
carnis non experto,
Ille ventus urens
siccat mortis venas,
Ejus in se rumpens
et in matre habenas.
3. Sicut renovatur
aquilae juventus,

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

- Ita novus in te
decor est inventus,
Dum resurgis
ad vocem filii,
Virgo, carne
vincens decus lili.
 4. Virgo, quae
resurrectionem genuit,
Flore resurrectionis
refloruit,
Spes ei reponitur
in usum rei,
Olim quam gesserat
in sinu fidei.
 5. Summae virginis
ossa jam glorificata,
In terrae gremio
prius humiliata,
Exsultant in spiritu
summo spiritui,
Gaudium et laetitia
dantur auditui.
 6. Cum ad te, Deus,
omnis caro veniet,
Votum in Jerusalem
Sion perficiet,
Te decet hymnus,
qui nunquam deficiet,
Nec laus tuae matris
finem inveniet.
- Responsoria.
1. Ascendat vox nunc
canora jubilatione,
In jucunda summae
matris resurrectione,
Quae resurgens ad bravium
duplicis coronaem,
Regnat certato itaque
feliciter agone.
 - V. Corde et manu, gentes
redemptae, plaudite,
Regi et reginae
sapienter psallite.
 2. In decachordo
psalterio cum cantico

- In cithara laudemus
matrem in filio
Exaltatam
super sidera.
- V. Regina regni Davidici
Stola jam fulget duplici.
3. Beata progenies,
unde Christus natus est,
Ejus, qui portavit Christum,
venter beatus est,
Ejus neque pes est datus
in commotionem,
Neque caro permissa
videre corruptionem;
- V. Ante suscitata
diem novissimum
Locum tenet regi
regina proximum.
4. A dextris regis
assistit jam regina,
Carnis gloria
utique est divina,
De quo passo
plus Maria doluit,
A regnante
plus beari meruit;
- V. Carni vicem
reddit immortalitatis,
De qua sortem
sumpserat fragilitatis.
- In 3. Nocturno.
- Ad Cantica.
- A. Virgo, tenens nostri
clavem auxilii,
Quae jam dominaris
in regno filii,
Ut festum tui
jam perfecti gaudii
Fiat nostri
solatum auxilii.
- Responsoria.
1. Virga Jesse,
quae quondam floruit,
Dum in ea
flos carnem induit,
- Per eundem,
quem primum attulit,
Secundo carnis
florem protulit;
- V. Quae nobis
lignum vitae peperit,
Sibi vitam
ex eo repperit.
2. Felix illa fuit
temporalis hora,
Qua peracta mortis
preciosae mora
In aeternitatis
resurgit aurora
Mater Christi carne
sicut sol decora.
- V. Pertransit de aurora
in meridiem
Omnem transcendens
angelorum seriem.
3. Resurrexit Christus,
qui creavit omnia,
Maria resurgit
in eadem gloria,
Sedet Christus in paterno
judex solio,
Patri medius et matri
communi gaudio;
- V. Trinitas beata,
ubi unitura
In tertio duorum
utraque natura.
4. Gaude, Maria
virgo, mater gaudii,
Gaude, principium
nostri remedii,
Initiatrix
arcani consilii,
Pleno gaude
gaudio filii,
Dono cuius tibi
donatur culmen solii.
- V. Te venerantur
ordines caelestium,
Omne genu se
substernit terrestrium.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Mater sancta Dei,
suscepta sinu requiei,
Pro nobis oret,
ubi pleno lumine floret.
2. Post laudes Christi
laus proxima competit isti,
Sub nostra sorte
de qua fit homo sine sorde.
3. Est sine lege patris
caro nati, quae caro matris,
Et duo sunt et idem,
differt honor, est tamen idem.
4. Matris honor totus
in te, pie nate, redundat,
Atque tuo tecum
per te tua mater abundat.
5. Ne quasi dimidiae
pars sordeat una Mariae,
Spiritus atque caro
vernant in lumine claro.
- R. Gaude et laetare, Sion,
Natus in te Deus homo
Carnis matrem electam ex
millibus
Fundavit altissimam altissi-
mus.

- V. In Sion prius fundata,
Nunc in Jerusalem est
Ejus potestas firmata.

Ad Benedictus.

- A. Aeterna te, Maria,
decet beatitudo,
De qua nobis emanavit
vera redemptio,
Tua, quam colimus,
beata resurrectio
Sicut perfudit angelos
felici gaudio,
Sic et nobis peccatorum
fiat remissio.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. In sui corporis
resurrectione
Exsultat bravio
duplicis coronae
Virgo, per quam fortis
fimus in agone,
Serviamus ei
cum devotione,
Ut nos sua visitet
consolatione.

Cod. Graecen. 1247. saec. 12. — In 1. Ves. A 2, 8 quae fehlt. — In 1. Noct. A 4, 7 surget. — In 2. Noct. R 3, 3 Cujus. — R 4, 9 sq. Aute novissimum diem suscitata. — Hiezu die beiden Hymnen Anal. IV Nr. 88 und 89.

59. In Assumptione BMV.

Antiphonae

per hebdomadam ad Nocturnum.

1. Immensi regis
genetrix et cuncta creantis
Evecta est hodie angelica
super agmina cuncta,
In jubilo vocis
solvamus munia laudis.

2. Hac profecto die
perpetua virgo Maria
Caelos ascendit
terrasque perosa reliquit,
Regnat nunc quia cum
Christo, laetamini, quaeoso.
3. Filius, ecce, Dei
properat occurrere matri,

- Collocat in solio
super omnia sidera celso
Angelisque chorus
praefert super aethera cunc-
tis.
4. Suscipitur mater
Christi reginaque mundi
Angelico laetante choro
caeloque corusco,
Unde hujus laeti
veneremur festa diei.
5. Si Dominum in sanctis
ejus laudare jubemur,
Multo plus sancta
caelos migrante Maria,
Gignere quae meruit
ipsum, qui cuncta creavit.
6. Mundi regina,
perpetua virgo Maria
Assumpta est hodie in
caelum, gaudete, fideles,
Laudantes Jesum
festivo carmine Christum.
- Virgo Deum genuit,
post partum virgo remansit.
4. Sancta Dei genetrix,
mundi fortissima victrix,
Quae scandens hodie
cepisti praemia vitae,
Sanctis obtineas precibus,
ut perveniamus.
5. Nempe Maria hodie
Jesum petit aethere Chri-
stum,
Orans pro misericordia,
ut dentur culmina nobis
Cunctis, nunc ideo
laetemur corde jucundo.
6. O virgo alma Dei,
mater reginaque mundi,
Quae cuncta angelica es
super agmina cuncta beata,
Tu coram Christo
nostris, petimus, memor esto,
Deposcens misericordia
caelorum gaudia nobis.

Ad Benedictus et ad Ma-
gnificat

per hebdomadam Antiphonae.

1. Gaudeat ecclesia
mundi per clima cuncta,
Praefulget hodie meritis
quia virgo Maria,
Mater sancta Dei
transcendit culmina poli.
2. Gaudent, ecce, poli
cives super astra superni
Mundi reginam
secum sumpsisse Mariam,
Nosque hodie haec tanti
celebremus gaudia festi.
3. Ecce, Maria super
omnes transcendere caelos
Digna hodie meruit,
quae ipsum, qui cuncta
creavit,

Responsoria

per hebdomadam ad Nocturnum.

- I. Spina dedit florem
castum servando pudorem,
Justitiae solem
patris per saecula prolem,
- V. Gaudeat omnis homo,
quoniam peperit pia virgo.
2. Ante thorum virginalem
jucundemur laudibus,
Deo nostri jubilantes
indefessis vocibus,
Ut nos semper pia virgo
suis servet precibus,
- V. Incessanter deprecemur
virginis praesidium.
3. Stirps Jesse virgam
produxit virgaque florem

- Et super hunc florem
requiescit spiritus almus;
V. Virgo Dei genetrix
virga est, flos filius ejus.
4. Ad nutum Domini
nostri deitatis honorem
Sicut spina rosam
genuit Judaea Mariam,
V. Ut vitium virtus
operiret, gratia culpam.
5. Stella maris praedicaris,
Flos, qui de te processit,
Rore caelos sparsit
Fructus tui ventris
Angelorum choros pascit.

Brev. ms. S. Michaelis de Clusa saec. 14. Cod. Taurin. D VI 11.—
Die neun ersten Antiphonen finden sich bereits aus spanischen Quellen
Anal. XVII, 28 u. f. Von den Responsorien finden sich 1, 3 und 4 in den
Werken Fulberts von Chartres; die übrigen hier ausgelassenen RR der Hs.
sind prosaisch. — Ad Noct. A 2, 5 cum fehlt. — Ad Bened. A 1, 3 Per-
fulgens. — A 3, 4 quia ipsum. — A 4, 5 obtine. — A 6, 5 coram ipso. —
R 6, 8 Redimeret. — R 6, 9 fehlen, wie es scheint, vier Silben.

60. In Festo Mariae Nivis.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Gaudeat hac hora
modulando laude sonora
Felix ecclesia
de te, praeclara Maria.
2. Virgula frondescis,
praebens exempla nitescis,
Crescis, floresciscs
Isaia teste, Maria.
3. Austro perflaris
sacro, Deo sancta crearis,
Ornaris claris
sertis, veneranda Maria.
4. Tu Jahel insignis,
mirandis praedita signis,
Hostilem vilem
Sisaram feris arte, Maria.
5. Mentales lites
sapiens sedas Thecuites,
Clara Rachel, vana
sana jam nostra, Maria.

- V. O Maria, mater pia,
Fac, ut fructu satiemur
Et odore repleamur.
6. Rosa fragrans, lux solaris,
Virginale speculum,
Praesignaris singularis
Castitatis titulum,
Et propinans salutaris
Medicinae poculum,
Matris irae **mater pia**
Redimens interitum.
V. Jus naturae
Stupet pro te virgine,
Quia Deum peperisti
Pariter et hominem.

- R. Summi sponsa Dei,
caelestis agalma diei,
Cillens aurora,
pro transgressoribus ora,
Prolem, virgo, paris
gaudens sine labe, Maria;
V. Nobis, stella maris,
succurre, beata Maria.

- Ad Magnificat.
A. Magnificata parens,
arens vellus reperiris,
Iris, aquae portus,
hortus virtutis, avita
Vita, decus laudis
audis, donis redimiris
Miris, fac imos
primos nos, virgo Maria.

- Ad Matutinum.
Invitatorium.
Flos vernalis, ave,
vigilantes in theoria
Erue nos a vae
jubilantes, virgo Maria.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sancta Dei gaude
genetrix vitae, modo plaudere,
Mira prophetia
pariet tua signa, Maria.
2. Orbivagos orbes
rege semper, vera sophia,
Ipsorum morbos
depelle, benigna Maria.
3. Vox Gabrielis fert nova caelis
Emmanuelis,
Mons Danielis et Ezechielis
porta, Maria.

Responsoria.

1. Psalle, coronata,
de stirpe David generata,
Nobilis et grata,
nova stella, vocata Maria,
- V. Templo collata,
Domino sacrata Maria.
2. Ambis, virgo, virum,
testante per Jeremias
Caelorum gyrum
qui circuit, alma Maria;
- V. Sic thalamum mirum
locat in te, casta Maria.
3. Nubet vim roris
germen dat vinea odoris,
Dum generas regem
regum, speciosa Maria,
- V. Transcendis legem
matrum pariendo, Maria.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Thurea cellula, Jesse virgula,
gratia dia,
Regia filia, fers nova lilia,
pura Maria.
2. Forma decoris, flagor amoris,
fragor odoris,
Norma pudoris, dulce stuporis
manna, Maria.

3. O rosa virginea,
dantur tibi cara Sabaea
Regia dona tria,
aurum, thus, myrrha, Maria.

Responsoria.

1. In templo solem
lux offens, filia prolem,
Sol fugis, arca redis,
prius et post virgo, Maria;
- V. Cum eat ex munda
rex unda, plaudere Maria.
2. In cruce pallescit
Christus, moriendo rigescit,
Clamat et indulget
te compatiene, Maria;
- V. Ordo novus fulget
Christo surgente, Maria.
3. Victorem mortis
in caeli conspicis hortis,
Lampas siderea,
virtutis idea, Maria;
- V. Nos fer ad aetherea
superorum, virgo Maria.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Regia regina,
maesti cordis medicina,
Nexus perplexum
sordis disrumpes, Maria.
2. Hic desolatis
cognatis fons pietatis,
Per te, virgo pia,
Dei alnum pneuma, Maria.
3. Dulcia flumina, sacra volumina,
clausa sigilla,
Fulgida lumina, caeli cacumina
pande, Maria.

Responsoria.

1. Actibus ex claris
per saecula mille bearis,
Pulchra velut luna
rutilas mortalibus una,

- Ecclesiae rectrix,
docuisti mira, Maria,
V. Vitae correctrix,
tege crimina nostra, Maria.
2. Vitis, lux, tellus,
virtus, dulcedine manas,
Mitis, dux, vellus,
virus mulcedine sanas,
Ex magni stagni
foveas nos rore, Maria,
V. Aurea, laurea, stellea, mellea,
dicta Maria.
3. Stella soli, tere bella doli,
soli via soli,
Arca poli veneranda, poli
nos proxima proli,
Christi virgo parens,
scandis super astra, Maria,
V. Optima jam parens
post te nos tolle, Maria.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Regnans Hesther, ave,
quae gustas pascha suave,
Aman vicisti,
sanxisti fausta, Maria.
2. Abigail prudens,
jubilas super aethera ludens,
Jam David iratum
placatum redde, Maria.

Cod. Raigraden. $\frac{D}{K}$ I N 3. saec. 15. — In 1. Noct. R 3, 3 generans. —

In 2. Noct. R 1, 5 Tueatur ex munda. — In 3. Noct. R 2, 6 fovea. In
Laud. A 4, 4 velut ara.

61. In Festo Mariae Nivis.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Lucis candor sempiternae,
Castitatis, speculum,
Virgo benigna,

3. Munda parens Anna,
Ruth sedula, casta Susanna,
Nostras fac mentes
Flentes vigilare, Maria.
4. Tu Noëmi mara,
nunc rides, splendida Sara,
Nos, benedicta Lia,
velut arida riga, Maria.
5. Omnes te laudent,
qui te dominam fore gaudent,
Te laus perfudit,
Judith divina, Maria.
- Ad Benedictus.
- A. Gemmea sacrarum
princeps et lux animarum,
Dignior in thronis
aulae veri Salomonis,
Imprime cortinae
caelorum nos sine fine,
Orta galaxia
qui psallimus, virgo Maria.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O rubicunda rosa,
legis praelucida glosa,
Vultu splendescens,
in regno laeta quiescens,
Janua caelestis
transmitte levamina maestis,
Trina hierarchia
Te laudat, magna Maria.

Mater gratiae supernae
Grande dat miraculum
Novaque signa.

2. Virgo nivei pudoris,
Nitens intus, candens foris,
Nivem dat ab aethere,

Mater nostri salvatoris,
Quando tempus est ardoris,
O mirum p[re]ce ceteris!

3. Roma stupet et miratur,
Dum nix in aestate datur
Prorsus praeter morem,
Quid praetendat, ut sciatur,
Candens flos interpretatur
Vitae dans odorem.

4. Ut nix alba leniter
Descendit de superis,
Sic virgo pura dulciter
Infudit dona miseris.

5. Quem in terris consolatur
Candida virginitas,
Super nivem dealbatur
Ejus mentis puritas.

- R. Dominus rex omnium
Vas sibi puritatis
Praeleggit solium,
Donum majestatis,
Spiritus sacrarium,
Templum trinitatis,
Ut purgaret lolium
Nostrae pravitatis;

- V. Candidior nive
mater est haec virgula Jesse.
Nimis proclive
Deus hic sibi contulit esse.

Ad Magnificat.

- A. O virgo christifera
Nimis dealbata,
O vitis fructifera,
Prole fecundata,
Ad laudem tui nominis,
Mater Dei hominis,
Templum praemonstrasti,
Media dum in aestate
Nivis monstrans densitate
Locum praesignasti;
Colentes haec prodigia,
O mater aevitatis,
Duc tua per vestigia
Ad regnum claritatis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Imperatricis omnium
Festa colentes nivium
Praedulei vocis jubilo
Nunc jubilemus Domino.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Templum virginis beatae
Nix demonstrat in aestate,
Roma datur in stuporem
Nive candens praeter morem.
2. Duo simul opposita
Jungit eodem tempore,
Aestiva namque caumata
Stant cum nivis frigore.
3. Templi cinxit ambitum
Nivis densitate
Potestate divina,
Et per templi spatium
Solis claritate
Jacet nix, pruina.

Responsoria.

1. Ad honorem inclitae
Virginis Mariae
Venit nix cum frigore
Aestivali die,
Roma stupet et laetatur
Tanto Dei miraculo,
Templum aedificatur
Virginis sub titulo.
V. Templi structura
monstratur virgine pura.
2. Dum rota solis volvitur
In sphaera virginali,
Quando tellus uritur
Fervore aestuali,
Aer gelu stringitur
Supernaturali,
Imber simul funditur
Cum aqua niveali,
V. Signa per insueta
fit plebs Romanaque laeta.

3. Candor nivis densitate
Virginis immaculatae
Signat castitatem,
Quod descendit in aestate,
Signat in necessitate
Matrem caritatis.
V. O mitis, casta
virgo, potentibus asta.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Christo regina adstitit
A dextris dealbata,
Thronus regis exstithit
Veste deaurata,
Sole est circumamicta
Mater illa benedicta.
2. Nix descendens caelitus
Urbem laetificavit
Grande per miraculum,
Johannes patricius
Decorum fabricavit
Mariae tabernaculum.
3. Nix per gyrum penitus
A populis inventa
Monstrabat divinitus
Templi fundamenta.

Responsoria.

1. Summum pontificium
Liberius tenebat,
Johannem patricium
Tum felix habebat
Urbs, visionem similem
Uterque praevidebat,
Quae locum mox praeponibilem
Eis ostendebat.
V. Templum fundantes,
reginam glorificantes.
2. Calor solis aestuat
Sub signo virginali,
Terram nive refrigerat
Supernaturali
Genetrix beata;

- V. In calore nimio
Adest refrigerio
Supplex invocata.
3. Ut nix de caelo veniens
Illuc non revertitur,
Terra vero sitiens
Per ipsam infunditur,
Sic Mariae gratia
Praeveniens in mentem
Nunquam venit vacua,
Sed reficit egentem,
Ut amplius proficiat
V. Germen virtutis,
fructum gignendo salutis.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. In Selmon monte Domini
Nive dealbantur,
Qui amore fervidi
Deum contemplantur.
2. Omnis terra, Alleluja
Domino cantate,
Qui nivis refrigeria
Dedit in aestate.
3. Tu, virgo christifera,
De novo ferve
Cor aridum refrigera
Niveo candore.

Responsoria.

1. Gedeonis quondam vellus
Rore caeli maduit,
Sicca tamen mansit tellus,
Sicut cunctis placuit,
Sic nec fuit irrigata
Dei genetrix beata,
Quando Deum genuit;
V. Virgineo more
capit hunc Gabrielis ab ore.
2. Plebs Romana concurrebat,
Signum enim cum videbat,
Laudem Deo retulit,

Papa terram confodebat,
Ut per gyrum nix jacebat,
Terra se aperuit.

V. Persolvens vota
pia plebs est, concio tota.

3. Pontifex egregiam
Consecrat basilicam
Sub titulo Mariae,
Ubi corpus tumulo
Quiescit sub altario
Apostoli Mattheiae;
Ibi aegroti confluunt,
Plebis et cleri resonant
Praedulces melodiae.

V. Laetifica mentes
tua, virgo, festa colentes,
Culparum sentes,
pungunt quae, tolle nocentes.

A d L a u d e s .

Antiphonae.

1. Gaude, chorus civium
Caelestis monarchiae,
Adsumt festa nivium
Virginis Mariae.

2. Haec est mater honorata
Nata veri David,
Haec est pulchra Noëmi,
Quam Booz adamavit.

3. Haec est urna aurea,
Quae manna receptavit,
Haec funda veri Davidis,
Quae cum jactu lapidis
Goliam prostravit.

4. Hanc arca legis virginem
Diu praesignavit,
Haec Aaron virgula
Nuces procreavit.

5. Hanc vellus Gedeonicum
Et templum Salomonicum
Bene figuravit,
Hanc rigavit caeli ros,
Hanc Salomon pacificus
Caste subintravit.

Ad Benedictus.

A. O decus puellare,
Verbi Dei cella,
Per hujus mundi mare
Duc nos, maris stella,
Duc ad portum civitatis
In vita novella,
Ne nos torrens voluptatis
Mergat in procella,
O puella, fuga bella
Carnis, mundi, daemonis,
Da salutem et virtutem
Utriusque hominis.

I n 2. V e s p e r i s .

Ad Magnificat.

A. Humilitatem Dominus
Ancillae respexit,
In cunctis mulieribus
Hanc virginem dilexit,
Ex ea sibi habitum
Humanitatis texit,
Et per illius meritum
Hominem erexit
A mundi, carnis, daemonum
Impetu protexit.

Brev. ms. Olomucense saec. 15. Cod. Capit. Olomucen. 155. A. — Brev. ms. Cracoviense saec. 15. (Privatbesitz) B. — Brev. ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Capit. Cracovien. 22. C. — In 1. Vesp. A 1, 4 Supernae fehlt AC. — A 5, 1 Quam in A. — Ad Magn. A, 2 Candore nimis A. — Ibid. 3 O fehlt A. — Ibid. 9 monstras A. — In 1. Noct. A 1, 1 Templi B. — A 3, 1 Templum A. — In 2. Noct. R 3, 1 Ut fehlt A. — R 3, 2 Illic A. — R 3, 11 gignando A. — In Laud. A 4, 4 Vites procreavit A. — Ad Bened. A, 10 daemonis fehlt A. — In 2. Vesp. ad Mag. A, 8 erexit fehlt A. — Ibid. 9 daemonis AB. — Hiezu der Hymnus: Plaude caelestis civitas (Anal. IV, 60).

62. In Festo Mariae nivis.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Vellere, Christe, mades
in virgine qui Gedeonis,
Matris festa tuis
auge devota colonis.
2. Quae desplicantis
maduit tunc area viri,
Virginis exhibuit
templum nixe te generantis.
3. Patricii vota
Deus inspexit bene mota,
Exhibit huic aedem,
sub qua se fecit heredem.
4. In nivium festo,
mater Domini, memor esto,
Ferre bonum maesto,
pia sis illi prece praesto.
5. Nos nive candoris
frigefac, bona, ne caleamus
Aestibus horroris,
bene psallere quod valeamus.
6. Caeli regina,
nobis vitae medicina,
Aures inclina,
ne stemus sorte supina.

Ad Magnificat.

- A. Magnificat Dominum
natum plebs virginis almum,
Qui nivium donis
dominatur in ungue leonis.

Ad Completorium.

Ad Nunc dimittis.

- A. Christe, tuum servum
mittas in pace protervum,
Muta decreta,
tua mater adest proseneta.

Ad Matutinum.

Invitorium.

- Qui dedit ut lanam
nivis imbre, glorificetur,
Virginis et matris
Deus in festo veneretur.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Resplendent opera,
digitorum, Christe, tuorum,
Virginis eulogia
dum stant pro parte reorum.
2. Format ei templum
Dominus in sole leonis,
Virginis exemplum
quod ad instar dat Salomonis.
3. Fundavit Dominus
ad honorem virginis almae,
Dextra quae palmae
residet, templum speciosum.

Responsoria.

1. Gaudia quaeramus
animos nostros recreantes,
Festa recondamus
dominae nova magnificantes,
- V. Gaudet et in nato
benedicta Maria jucundo.
2. En, opus insigne
matris patet in nive digne,
Nix friget et candet,
rara est, albet, fluit igne;
- V. Illa nivis jura
tenet in se virgo Maria.
3. Hanc nivium donis
circumscripsit Salomonis
Codex, est pulchra
virgo, sed candida tota,
- V. Et friget in toto,
non est ibi sensa libido.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Eructavit cor
verbum gratum, quia fervor
Virginis ad Christum
conversus contulit istum.

2. Ad festa dominae
psalmos cantare venite,
Laudes narrate,
sub ea bona mente vacate.
3. Christe, tuis donis
memor es Raab et Babylonis,
Obsidis esto memor,
vult virginis haec quia clama-

Responsoria.

1. Sicut nix rara
sub parvo grandia claudit,
Nobilis ancilla
dominam se caelitus audit,
- V. Exaltat Dominus
humiles, extra jacit altos.
2. Albuit in vita,
quia virgo tota pudica,
Casta gignante
virgo post mansit et ante,
- V. Sic voluit, decuit,
sic bona cuncta dedit.
3. Fuso nix igne
diffusa repente liquatur,
Sic precis et dignae
vox fructum concomitatur,
- V. Supplicat assidue
natum quia clara Maria.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Omnis terra Deo
Domino nova cantica cantet
Virginis exemplo,
quia jam super omnia regnat.
2. A facie Domini
fluxere nives sub amore
Matris christiferae,
quia hanc sic vult venerari.
3. Aestus in aestate
mirabilis, en, nive templi
Principium confert,
sua cuncta patricius offert.

Responsoria.

1. Quod calamus scribae
scripsit de pneumaticis ore,
Virginis in gremio
completur tempore sacro,
- V. Natum quando dedit,
nos natus quando redemit.
2. Post cancerum solis
dum volvitur aureus axis,
Dat Deus ex more
castae matris sub honore,
- V. Nobile figmentum,
formans nive lineamentum.
3. O mater Christi,
quae patricio tribuisti,
Ut sua devota
posset persolvere vota,
- V. Suppliciter rogita,
plebis inclita virgo Maria.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Laudibus excelsis
matrem Domini veneremur,
Turpibus evulsis,
sicut decet, huic modulemur.
2. Roma, tuum festum
recoles Domino placitura,
Qui nivis egestum
produxit teste figura.
3. Os patet obstructum
de virgine turpe loquentis,
Virginis, en, fructum
videt undique terra regentis.
4. Nix, grando, glacies,
Domino benedicte, fontes,
Cuncta super sidera
superexaltata Maria.
5. Nix, frigus et gelua,
laudate Deum, bona cuncta,
Cui matri niveo
templum placuit dare circa.

Ad Benedictus.

A. Virginis in laude
populus per saecula plaudet,
Cedit amor fictus
Domino, qui sit benedictus.

Ad Magnificat.

A. Multis virgo bonis
implevit et esurientes
Caelitus amoris
hominum cibat haec pia
mentes.

Brev. ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Jagellonicus 1257. — In 1. Vesp.
ad Magn. A, 4 in auge leonis. — In 2. Noct. A 2, 3 Laus narrate. —
R 1, 2 parvo gaudia. — In 3. Noct. A 3, 4 patrius.

63. De sancta Agrippina.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Agrippina pia,
quae jungi promeruisti
Agmini virginneo,
dum mundo subdimur isti
Fraudibus imbuti,
Christum dignanter adora,
Criminis ut nostri
vitemus noxia lora.

Ad Magnificat.

A. Virgineus coetus
te laudat, virgo beata,
Nam quia tu mundum
sprevisti non labefacta,
Agrippina, tuos
famulos defende, gubernas,
Porridge tu miseris
solamen, dona quietem
Lapsis, tu nostros
miserta dirige calles.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Summum pastorem
cuncti reverenter oremus,
Quo Agrippina sacra
virginibus associatur.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Haec est virgo pia,
quae Christo contulit ultro
Martyrium verum,
dignum libamine sacro.
- Mundum cum pompis
despexit virgo beata,
Aetheris ad alta
perrexit virgo sacra.
- Martyrio sacro
vicisti, cui placuisti
Vulneribus sanctis,
sprevisti verba minantis.

Responsoria.

- Dum manet in pura
mundo cum virginitate,
Agrippina fide
permansit non labefacta,
Accusata tamen
magno terrore relicta,
Concutitur nullis
verborum vocibus illa.
- Vestibus exuta
torquetur virgo beata
Fustibus, angelicis
manibus fuit ista soluta.
- Virgineum corpus
dum portant litore citi
Fluminis ac Paramon
monachus simul Agatonita

- Paulaque tunc navem
viderunt ire paratam,
Pondera permissa
donant in litore nautae.
V. Virginis in pedibus
prostrati voce benigna,
Suscipe, qui portant,
te clamant, virgo beata.
3. Dum mare transsissent
cum corpore virginis almae
Virgines et Bassa,
puppis fuit illa repleta
Corporis illati
simul et portantes odore
Mirifico, Siculas
deponunt corpus ad oras.
V. Angelus apparens
Domini cum vestibus albis
Custodiebat eas,
locus ille repletus odore.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virginum ille chorus
divina laude sonorus,
Virgo, te sumpsit,
qui regnat ad alta polorum.
2. Angelicis turbis
sacra virgo consociata,
Gloria caelestis
retinet te dedita festis.
3. Ipsa tuis meritis
nunc fulges ad aethera sur-
sum,
Poenarum mundo
faciendo tradita cursum.

Responsoria.

1. Pergere tentantes
ductae per litora nocte
Angelicis turbis
concomitantibus ipsis
Virgines ad locum
venerunt nomine Graecum,
Corpus conclusum
portantes virginis almae.

- V. Sana fit illa patri,
fuerat quae daemone plena,
Filia, laetantur
genitor simul atque videntes.
2. Virgineum corpus
portabant virgines almae
Tres simul inde secum,
monachorum vestis adornat
Ipsas et passum
tunc Christum magnificabant
Pergentes simul,
qui regnat trinus et unus.
V. Et quasi laetantes
portabant liture corpus
Virginis et summo
dicendo gloria Christo.
3. Gloria sit Christo et
decus utriusque perennis,
Virginis infirmos
precibus qui curat honeste
Devotisque simul
praestat salubria quaeque,
Unde Deo vero
clamemus voce serena,
V. Ut cunctum populum
salvet nunc virgo beata,
Agrippina, Dei
martyr, cunctis veneranda.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgo decora nimis,
Agrippina, et morte beata,
Fundē preces Christo
virginibus associata.
2. Salvetur cunctus
populus cum agmine junctus,
Devotus Christo,
mundo dum vivit in isto.
3. Vulneribus tuis,
quae virgo passa fuisti,
Agrippina pia,
deleas tu crimina nostra.

Responsoria.

1. Virginis ad corpus
veniebant virginis almae



Paulaque cum Bassa,
monachus simul Agatonita,
Psallentes[que simul]
clamabant gloria Christo,
Tollentes ipsum
referunt cum laude trium-
phum.

V. Adfuit hic monacho
lux aetheris, ignea lampas,
Territus ac Paramon
cecidit stupefactus ad ima.

2. Gaude tamen, gaude,
martyr veneranda per orbem,
Quae meritis fulges
quasi sidus ad alta polorum,
Agrippina pia,
devota mente fidelis
Gaude simul popule,
qui eam reverenter adoras.

V. Virginis ad laudem
cum digno carmine laxis
Vocibus atque tubis
cantum de promite vestrum.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Virginis accessit
delatio corporis almi,

Brev. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1527. — In 1. Vesp. ad Magn.
A, 10 misertus. — In 1. Noct. **R** 3, 7 Miro Siculas. — In 2. Noct. **A** 2, 3
dicata. — **A** 3, 1 Ipsius tuus. — **R** 1, 4 comitantibus. — **R** 2, 2 virginis. —
R 2, 5 Ipsas sed. — **R** 2, 10 portabatur. — In 3. Noct. **R** 1, 4 Agatonitis. —
R 2, 10 lapsis. — In 2. Vesp. nichts.

Sana puella manet
turpi vexata tremore.

2. Multi vexati
veniebant daemone viri
Martyris ad corpus,
tunc sanos restituebat.

3. Corporis intactae
sacrae virginis almae
Non modici tandem
meruerunt ferre salutem.

4. Sit benedicta dies,
qua talis virgo beata
Virtutibus multis
splendet ad aethera sursum.

5. Laudibus innumeris
laudetur virgo beata,
Quae in caelis fulget
tanta virtute levata.

Ad Benedictus.

A. Agrippina, Dei
virgo, locet aethre suorum
Mentes servorum
molemque premat vitiiorum,
Ut demptis vitiis
benigne Deum benedicant.

64. De sancto Annone.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Gemma fulgens praesulum,
Veronae proles inclita,
Sancte pater Anno,
Sis semper memor exsulum,
Nos ad virtutes incita,
Serva nos a damno.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Ad Annonis modulet
Laudes chorus laetius,
Alleluja jubilet
Christo noster coetus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Secus decursus stat aquarum
Plantatus dextra Dei,
Excursus Anno tenebrarum
Hostis devitata rei.
2. Hic praeceptum Domini
Mundo praedicavit,
Dum salutes homini
Semper propinavit.
3. Annonem sanctum caelitus
Ovans suscepit Deus,
Annus hunc foyet editus
A Christo jubilaeus.

Responsoria.

1. Egentem urbem
nectare fluoris
Anno, fidelis
Christi dispensator,
Prece felici
precibus dulcoris
Rigari poscit,
almus gubernator;
- V. Dum martyres hic revocat,
Salutem cunctis evocat
Veronae recreator.
2. Ecce, sacerdos magnus
A Deo praedotatus,
Qui vixit sicut agnus,
Totus lenis et gratus;
- V. Curavit Anno gentem,
Doctrinam affluentem
Fudit bonis ornatus.
3. Anno praesul mirificus
Hortatus per sororem,
Terrae pater munificus
Orans tulit ardorem,
Nam rex infudit caelicus
Desideratum rorem;
- V. Alter Elias precibus
Implorans prestat civibus
Hunc pluviae liquorem.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Invocantem exaudivit
Annonem rex caelestis,
Imbre fota parturivit,
En, fruges tellus maestis.
2. Laetentur et exsultent
Sperantes in te, Christe,
Concentibus indultent,
Nil sentit Anno triste.
3. Coronatus gloria
Simul et honore,
Anno laetus jubilat
Coram redemptore.

Responsoria.

1. Urbem Veronam siccitas
Exhaurit miseranda,
Fruges et sata dissipat
Sterilitas nefanda,
Hanc praesulis eliminat
Sagacitas laudanda.
- V. Relatu doctus caelico
Firmum vexit et Rusticum
Ductu praesul angelico,
Sitis stat detestanda.
2. Arentis terrae faciem,
Squalantis solis maciem,
Quam juste misit Deus,
Anno fugat sanctissimus,
Arcet plagam justissimus,
Purgatur Amorraeus;
- V. Siccum tulit salsuginem,
Mortis amaritudinem
Sanator Elisaeus.
3. Quaerit per indagines
Flagrans desiderio
Pontifex beatus,
Ut Veronam martyres
Revehantur serio
Jam post incolatus,
- V. Tergesti ductos oppido
Firmum simul cum Rustico
Ad urbis curat status.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Christi tabernaculum
Habitans securus,
Anno, sis umbraculum
Nobis profuturus.
2. Cordis desiderium,
Vitae refrigerium
Deus hunc impedit,
Providens pauperibus
Penitus operibus
Sua dum expendit.
3. Anno Christi sic accepit
Benedictionem,
Quod perenniter suscepit
Caeli mansionem.

Responsoria.

1. Euge, serve bone,
Pontifex Veronae
Pervigil, fidelis,
Anno, pie pater,
Esto nobis frater
Sedulus in caelis.
- V. Christo regi duplicitis
Redditor talenti,
Hostis nos multiplicis
Exime cautelis.
2. Anno spernens cuncta vana
Pro aeternis dat mundana
Et pro granis paleam,
Corpus terit, ut mens crescat,
Servum premit, ne tumescat,
Cordis purgat aream;
- V. Comparat caelica,
Despicit terrea
Sumens virtutis galeam.
3. O pastor apostolice,
Anno, praesul catholice,
Doctor veritatis,
Ora Christum propitius
Pro famulis, ut citius
Solvat a peccatis.

Antiph. ms. Veronense saec. 15. Cod. Cathedr. Veronen. 3.

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

- V. In caeli situs gaudio,
Perenni fultus bravio
Stola claritatis.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Anno, pater patriae,
Veronae stemmate claro
Cretus, nos meritis
barathro tueatur amaro.
2. Calles mundi per labores
Impollutus adiit
Anno, saecli post fluores
Caelum scandens subiit.
3. Decoravit nobilis
nobiles parentes,
Cum sorore virgine
Christo curvat gentes.
4. Huic soror sanctissima
Maria Consolatrix,
Virgo Christi dignissima,
Fuit cooperatrix.
5. Hanc amavit, quod servavit
virginitatis florem,
Sic uterque Christo per se
mirum fragrat odorem.

Ad Benedictus.

- A. Urbs Verona, gratulare,
Terrestris paradisus,
In te talis fulget clare
Uterque sexus visus,
Caelo vernant nunc praecclare
Anno sororque, risus
Juges tenent, ipsos care
Roget in Christo fisus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Liberet a damno
nos almus episcopus Anno,
Det fruges morum,
depositat regna polorum.

65. De sancto Ansano.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Ansanus Romae
Tranquillini genitus,
Insignis prole,
mente lucet caelitus.
2. Flagravit martyr
hic servire Domino
Teneris annis,
dum viveret saeculo.
3. Inter scholares
artium nutritus
Christi salvantis
clam tenebat ritus.
4. Quamvis materna
mens et genitoris
Obstabat, vias
ibat redemptoris.
5. Beatus iste
spiritu virtutis
Desiderabat
lavacrum salutis.

Ad Magnificat.

- A. Sub mandatis angeli
cum sacerdos petit
Fores sanctuarii,
mirus odor stetit,
Spiritalis Maxima
mater mire datur
Et fons aquae limpidae,
puer ut tergatur.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regi nobiscum,
Senis advocatione
Ansano danti,
surgit cantatum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ansanus catholicus
anno decimo nono

Martyrii fervidus
fuit non corde prono.

2. Imperantes respuens
cucurrit ad matrinam,
Cum qua simul sineret
hanc vitam peregrinam.
3. Relinquamus daemonum
profana, fatur sanctus,
Sit in Christo Domino
jucundus nobis cantus.

Responsoria.

1. Ansanus cum Maxima
mane facto vadunt,
Tyrannorum caedibus
se pro Christo tradunt,
Fidem quia fervidam
non de mente radunt;
- V. Obviant et homini
lumine privato,
Quem mox laetum faciunt
visu restaurato.
2. Vir iniquus intuens
caecum luminari,
Sanctos de miraculo
vadit criminari,
Hos profanos recitans
Christum venerari;
- V. Trucidare perfidos
vir crudelis quaerit,
Si non lex nuperrime
lata cito perit.
3. Irritati perfidi
tunc imperatores
Praesentari cohibent
Dei zelatores,
Reos vos ut faciant,
Domini cultores.
- V. Et vos fantur colere
Christum crucifixum,
Sempiterne vivere
profitentes ipsum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ansanus cum Maxima,
Domini fideles,
Unde sitis, postulant
tyranni crudeles.
2. Respondistis humiles :
ingenuis nati
Sumus ex parentibus,
hac in urbe sati.
3. Ante vos inducitur,
ut colatis eum,
Quem Judaeus perfidus
damnat quasi reum.

Responsoria.

1. Nostros deos colite,
quo sitis victuri
Et eos propitios
vobis habituri;
Ferunt: non se neque vos
hi sunt protecturi;
- V. Noster Christus Dominus
mundi gubernator,
Pro quo nosmet tradimus,
adest liberator.
2. Nostra vox instrepuit
auribus aeterni,
Ipse det ut epulas
gaudii superni
Nosque trahat famulos
et se sinat cerni;
- V. In quo finis omnium,
regnat absque fine,
Afferat antidotum
summae medicinae.
3. Crucifixum spernite
Jovem venerando,
Ipsi vota reddite
simul adorando,
Menti poenas horridas
et carni levando;
- V. Si caelestem principem
nosse quaerebatis,

Scite nil, quod colitis,
fore, qui erratis.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cuncta fecit Juppiter,
ferunt imperantes ;
Absit, ajunt, providi
sint haec judicantes.
2. Constant quaeque condita
verbo Dei patris
Ac idolis hominem
devium sub atris.
3. Pugnant contra miseri
dicta prophetarum,
Viris nam malevolis
scire non est clarum.

Responsoria.

1. Non vos hoc adduximus
loqui de prophetis,
Sed monemus illico
diis immoletis,
Quodsi contempseritis,
necem sentietis;
- V. Reddunt: viam sequimur
Dei veritatis,
Cujus non peribimus
haerendo mandatis.
2. Spiritalis filius
cum dilecta matre,
Carcer neque vincula,
inquit, fiet acre,
Nam potare calicem
quaerimus pro patre;
- V. Carceramur acriter
jussu tyrannorum,
Ubi bona poscimus
regis angelorum.
3. Tu probasti, Domine,
corda nostra, clamant,
Igne hos examinas,
qui te semper amant,
At si sit iniquitas,
ille dat, quae sanant.

V. Odor statim spargitur,
et vox clara sonat:
Omnia, quae poscimus,
Christus nobis donat.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Noctis haurit precibus
providus Ansanus,
Quae narrat apostolus
raptus adhuc sanus.
2. Christo grates referunt
martyris de dono
Et se poenas properant
ferre nutu bono.
3. His finitis dicere
psallere festinant,
Et dum psalmi canticum
pleant, non declinant.
4. Exaudi nos, concinunt,
pater, noster autor,
Sis protector famulis,
vere justis fautor.

Antiph. ms. Senense saec. 15. Cod. Capit. Senen. M. — In 1. Noct. R 1, 4 qui se Christo. — In 2. Noct. R 1, 6 hi sunt habituri. — R 3, 9 Scire nil. — R 3, 10 qui veratis. — In 3. Noct. R 1, 5 Lücke von einer Silbe; si ergänzt. — R 2, 5 portare calicem. — R 3, 3 Igne nos. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 2 Regensem. — Ibid. 8 in templo. — Die drei zum Officium gehörigen Hymnen siehe Anal. XXII, p. 36 sq.

5. Sopor Dei proximos
coepit occupare,
Ac caelestis nuntius
eos confortare.

Ad Benedictus.

A. Istos mane milites
aulae triumphalis
Offerunt satellites
principibus malis,
Et quia non trepidant
commendare Christum,
Caesa fuste Maxima
mundum finit istum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Ad civitatem
balneum Regense
Cum refugisses,
spiritus accensae
Sub visione
Dominus te vocat
Et te columnam
templo suo locat.

66. De sancto Aspren.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Tecum, Aspren, principium
Summae dignationis
Contulit Petrus, radium
Nostrae conversionis.
2. Opera magna Domini
Populum redimentis
Primo panduntur homini
Religiosae mentis.

3. Exortum lumen radiat
In Aspren praedicante,
Tenebras ut abiciat,
Quae deprimebant ante.

4. De terra sanum erigit
Oppressum vi languoris,
Quem mox instructum eligit
Ad apicem honoris.

5. Christi misericordia
Per Simonem delata.

Per sancti Aspren primordia
Nobis est confirmata.

Ad Matutinum.

A. Magnificatur inclitus
Petri discipulatu,
Exsultat Aspren spiritus
Charismatum ornatu,
Cujus refusit primitus
Haec aula praesulatu.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Plaudat ecclesia
Lauda multiplici,
Agens sollemnia
Sacra pontifici.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. In lege Christi Domini
Fixit voluntatem
Virtutum cernens homini
Datam potestatem.
2. Praedicans hic
praeceptum Domini,
Mentem parat
superno lumini,
Gentem subdit
divino numini.
3. Exaltat Dei filius,
Gloria sanctorum,
Caput Aspren sublimius
In arce piorum.

Responsoria.

1. Majestatis
summae consilium
In salutem
dans mundo filium
Servum parat,
per cuius studium
Invitemur
ad vitae fluvium;

V. Aspren cunctis
praegustat plenius,
Ut in cives
refundat melius.

2. Evangelizans gratiam,
Qua fundavit ecclesiam
Princeps apostolorum,
Primum Aspren irradiat
Quo mente dona capiat
Caelestium bonorum.

V. Devotus audientiam
Praebens ad sapientiam
Se transfert angelorum.

3. Verbum vitae
dum sibi mittitur,
Christi fidem
pronus amplectitur,
Fonte vitae
unctus abstergitur,
Vetustatis
noxa repellitur;

V. Nam solutus
languoris vinculo
Sospes haurit
de vitae poculo.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Invocantem
Aspren suppliciter
Exaudiuit
Christus fideliter,
Ipsum fovens
in bono jugiter.
2. Mane primum claruit
Sole radiante,
Cum hic Christum induit
Petro praedicante.
3. O quam est admirabile,
Quam est glorificatum
Christi nomen amabile
Per Aspren praedicatum.
Responsoria.

1. Expurgato nequitiae
Fermento jam primitiae
Christo sanctificantur,

Cujus in mentis acie
Dona caelestis gratiae
Primitus revelantur;
V. O felix nostra civitas,
Cui per hunc virtus, veritas
Et lux irradiantur.

2. Intonante
Petri paeconio
Plebs auditum
dat evangelio,
Cujus voce
Aspren in solio
Sublimatur
et sacerdotio.
V. Hic pastoris
implet officium,
In quo fides
sumpsit initium.

3. Verbo vitae miraculis
Novam plantat ecclesiam
Concurrentibus populis
Ad Christi reverentiam,
Qui rejectis piaculis
Sancti quaerunt prudentiam.
V. Sic plebs cuncta
cito convertitur,
Sic per fidem
Christum amplectitur.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Habitabit hic inclitus
In caeli tabernaculo,
Per quem in nostro primitus
Salus est facta populo.
2. In benedictionibus
Caelitus est praeventus,
Per quem in nobis omnibus
Dominus est inventus.
3. Mundo corde culpae sorde
Vindicans innocentiam,
Scandit caelum, transit velum
Cernit Christi praesentiam.

Responsoria.

1. Gaudet Petrus
tanto discipulo,
Per quem fructus
redundat populo
Hujus urbis
hoc in saeculo
Reserato
jam mentis oculo.
V. Felix vitis,
de cuius surculo
Tantum germen
prodit diluculo.
2. Signis novis
fit admirabilis,
Cujus prece
conceptum sterilis,
Membra manci,
gressum inhabilis,
Visum caeci
sumunt in populis.
V. Sana reddit
membra languentium,
Sic accendit
corda credentium.

A d L a u d e s .

Antiphonae.

1. O quam sunt credibilia
Per Aspren praedicata
De Christo testimonia
Miraculis probata.
2. Intrate portas Domini
Jam, Neapolitani,
Ejus offerte numini
Libamen cordis sani.
3. Os iniqua loquentium
Per Aspren est obstructum,
Excluso ritu gentium
Verbi producit fructum.
4. Quoniam cantat alacriter
Devota plebs continuo,
Laetatur Aspren jugiter
In caelesti convivio.

5. Cuncta creata laudibus
Divinis vacent ocius,
Dum Aspren in caelestibus
Collocatur felicius.

Ad Benedictus.

A. Benedictum
Christi consilium
Aspren vocat
ad sacerdotium,
Sibi fundens
linguae paeconium,
Vim signorum
et mirabilium.

Propr. Neapolitarum imp. Neapoli 1525. — In 1. Noct. R 3, 2 sibi promittitur. — In 3. Noct. R 1, 6 fehlt eine Silbe. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 9 Et postea. — Die beiden zum Officium gehörigen Hymnen vgl. Anal. XXII, Nr. 68 sq.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O stella perlucida
Nobis matutina,
Plebem, quam paefulgida
Lactasti doctrina,
Tua prece fervida
Serves a ruina,
Ut Deo sit placida
Sine culpae spina,
Et post luce splendida
Fruatur divina.

67. De sancto Calogero.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Caloyrus paelectus
A Deoque jam dilectus,
Bene doctus literarum
Atque structus divinarum.
2. Puer bonus se ornavit
Virtuteque decoravit,
Mundus nunquam violavit
Nec vitium eum foedavit.
3. Jejuniisque deditus,
Orationi traditus,
Bis ternis est hebdomada
Pane contentus et aqua.
4. Christi semper contemplando
Passionem et plorando
Jesum ardet is amando,
Cui se vovit monachando.
5. Justusque Dominus
Dilexit aequitatem,
Caloyrus — — —
Odit iniquitatem.

R. Surrexit papa obviam

Praesentiens legatum
Caloyrum Siciliam
Venturum caelo datum,
Ut frangeret nequitiam,
Qua caelum est stupratum.
V. Mortem quaerit spontaneam,
Ut pandat Christi gloriam
Valde grata.

Ad Magnificat.

A. O pie pater Caloyre,
Qui claros in superbia
Ejectos jam de gloria
Meruisti devincere,
Tolle pacis obstaculum,
Para nobis gaudium,
Ut mereamur pergere,
Ad vitae solatium.

A d Matutinum.

Invitatorium.

Christo, regi confessorum,
Plebs concinat fidelium,
Almi senis meritorum
In te laudis paeconium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Caeli dono decoratur
Caloyrus ab infantia,
Die ac nocte meditatur
In fidei notitia.

2. Praecepta Dei praedicans
Hic missus apostolicus,
Miraculis coruscans,
Egenorum medicus.

3. Voce clamans conjuravit
Vir senex egregius,
Adversantes effugavit
Ipsos ligando fortius.

Responsoria.

1. Summus pontifex Caloyer
Dat clavis potestatem,
Hic Christi sanctus famulus
Eligitur p[re]e aliis,
Ut premat feritatem,
V. Ut Siculorum populis
A daemonum fallaciis
Capiat libertatem.

2. Novum sidus emicuit,
Amore summo fervidum,
Speculum sanctitatis,
Miris diversis claruit
Lumen vitae splendidum
Monstrans viam salutis;
V. Languentibus hic profuit
Medicamen dans validum
Vir magnae claritatis.

3. Gaude tu, mater Graecia,
Lustrata tanto lumine
Pudentis almi nati,
Dei repleti gratia,
Cujus potenti nomine
Daemones sunt fugati;
V. Exsultet nunc Sicilia,
In hujus patris numine
Siculi sunt salvati.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. In pace cum Christo manens,
Sublimatus praemio,
Hic vana mundi repellens
Christi adhaesit vestigio.
2. Precare nunc, Caloyer,
Quem corde dilexisti,
Ut mereamur pergere
Ad vitam, quam petisti.
3. Caloyrus jam meruit
Dei montem ascendere,
Qui daemones non metuit
Signo crucis devincere.

Responsoria.

1. Caloyrus obsequio
Parat Dei se totum,
Corpus artat jejunio
Expellens hostis motum
Renuntiatque proprio
Emittens caste votum.
V. Intrat nemus cum gaudio,
Vescitur herbis prandio
Renuens vini potum.
2. Siac dum ingreditur
Senex [iste] servulus,
Jesu cito creditur,
Quem hic praedicabat,
Crucis hoc signaculo
Sanat Dei famulus
Multos in hoc saeculo,
Daemon quos gravabat;
V. In fide perficitur
Totus Siac populus,
Menteque suscipitur
Crux, hic quam docebat.
3. Infans senescit moribus
Transcendens vi[am veri],
A laqueis hostilibus
Ut possit se tueri,
Instat et semper precibus
Vitam quaerens mereri;
V. Carnis dimissis patribus,
Qui aperit pulsantibus,
Exquirit inhaerere.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Laetentur in te sperantes,
Christe, et memoria
Caloyrum venerantes
Fac participes gloria.
2. Nomen Christi mirabile
Senis procedens ore
Destruendo terribilem
Inimicum cum ultore.
3. Ingressus sine macula
In hoc viator saeculo,
Nunc fulget quasi facula
In summo tabernaculo.

Responsoria.

1. Crucis Christi signaculo
Daemones conjuravit
Solitudinis loculo
Ac ipsos relegavit,
Ab omni periculo
Populum liberavit,
- V. In sancto habitaculo
Dominique oraculo
Ipsum confirmavit.
2. Locum istum ululantibus
Daemones dimiserunt,
Vocem magnam illi dantes
A monte recesserunt,
Populique gratulantes
Dominum laudaverunt,
- V. Ad quem ipsi convertentes
Basilicam construentes
Ibi adoraverunt.
3. Felix mons atque patria
Hoc ornata sidere,
Cujus tot ob prodigia
— — perlustratur
Grotta tota Sicilia
Senex fecit descendere,
Infirmis sint remedia,
Qui sudando sanantur.
- V. Fugavit ac daemonia
Ipsa, cuius per opera

Patria plena gratia,
Mons sic sanctificatur.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Caloyrus mirificus,
Dono Dei magnificus
Ex opere monstratur,
Dum cunctos sanat languidos,
Faciens corde solidos,
Et fides ampliatur.
 2. Mox ad montem ut applicuit,
Caelesti dono praeditus
Velut sol perlustravit,
De caelo quae jam corruit,
Catervam Satanae penitus
Signo crucis fugavit.
 3. Te rex sitivit lumen
Hic infra vitae terminum,
Cujus obtentu petimus,
Quem miserantem novimus,
Nunc glorians in pace
Ut audias nos de luce.
 4. Terra et pontus, aethera
Sedentem in patris dextera
Exaltant omni laude,
Forti cuius potentia
Nos hic perunctus gloria
Protexit Satan fraude.
 5. Senes cum junioribus
Laudent Dominum vocibus
In excelsis,
Cujus senex virtutibus
Fit aegris medicamen
Fulgens in adversis.
- Ad Benedictus.
- A. Floruit sicut lillum
Almus confessor inclitus
Moribus et doctrina,
Nam hic ante septennium
Dei virtute praeditus
Vixit sub disciplina,
Postponens omne praemium
Corruptionis penitus,
Solum quaerens divina.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Manus aegris Caloyrus
imponens [imperavit]

Brev. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1527. — In 1. Vesp. A 1, 4 Lies: Ac instructus? — A 2, 4 Lies hunc foedavit? — A 4, 1 Lies Justus quoque oder Justus quia? — A 4, 3 fehlen drei Silben; ergänze magnanimus? — Ad Magn. A, 8 Ad aeternae vitae. — Ad Matut. Inv. 4 In te jedenfalls verschrieben; lies cantet? — In 1. Noct. R 1, 3 sancti. — R 1, 7 Et ut. — R 2, 5 Fehlt eine Silbe. — R 3, 9 Quo Sieuli. — In 2. Noct. R 1, 2 Paret Dei sed. — R 2, 8 proficitur. — R 2, 12 haec. — In 3. Noct. A 1, 4 in gloria. — A 2, 3 Secus procedens ore. — R 1, 2 conjurantur. — R 1, 3 loco. — R 1, 4 Atque. — R 3, 4 fehlen drei Silben. — R 3, 5 Grutta. — R 3, 7 Ut infirmis. — In Laud. A 4, 4 praecunctus. — A 4, 5 praetexit. — A 5, 2 fehlen entweder zwei Silben, oder es ist 5, 6 Fulgens zu tilgen. In 2. Vesp. Ad Magn. A, 1 in aegris. — Ibid. 2 imposuit. — Die zugehörigen Hymnen cfr. Anal. XXII, 68 sq.

68. De sancto Donato.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Agens diem festum Deo
Felix gaude Civitas,
Et pro martyrum trophyo
Pange laudes debitas.
2. In quo primum fert vexillum
Donatus, sequitur illum
Venusti germanitas.
3. Silvanus et Hermogenes
sic mente counita,
Sic triumpharunt pariter
cum Romalo levita.
4. Victorianus praesidis
hos pavor nullus movet,
Quos unus tenet spiritus
et vera fides fovet.
5. Haec est vera fraternitas,
Quam tyranni protervitas
Violare nequivit,
Sed magis stabilivit.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Rex sublimis adoretur,
Qui creavit omnia,

Daemonibus jam oppressis,
jactans illos curavit
Ab omnibus languoribus
Ipsosque liberavit
Priscisque sanitatibus
Cunctos instauravit.

Exsultando veneretur
Martyrum constantia.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Verbum vitae seminat
intrepide Donatus,
Legem Dei nuntians
est capite truncatus.
2. Sic triumphat jam Venustus,
Frater ejus, et fit justus
Verum Deum praedicans.
3. Romulus atque Silvanus
ea morte plectuntur
Ac invocantes Dominum
caelestibus junguntur.

Responsoria.

1. Nobilis Austri civitas
Devotas tenens semitas
Martyres suos laudet,
Quam horum prece feritas
Hostis atque perversitas
Offendere non audet;
2. Civalitana polis
de fratrum germine gaudet.

2. Hi sunt, quorum in sanguine
Agni stolae lavantur,
Qui in sanctorum agmine
Feliciter laetantur
Magnoque consolamine
Gaudentes coronantur.
V. Caelicolis juncti
cum Christo rege beantur.
3. In manu Dei vindicis
Sunt animae sanctorum,
Quas non flectunt carnificis
Genera tormentorum,
Sorti dantur justorum;
V. Percussi gladio
conscendunt regna dolorum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hermogenis pia prece
Daemon fugit et a nece
Pellitur puellulae.
2. Solum Deum colere
Idolaque spernere,
Volunt voto pari
Sancti coronari.
3. Martyres in Dei monte
Satiati vitae fonte
Habitant cum gloria.

Responsoria.

1. In unum habitare
Christumque praedicare
His exstigit jucundum
Et sic vincentes mundum
Sunt passi non inviti
Deoque sunt uniti,
V. Idola temnentes
gladiali fine potiti.
2. Morte procul remota
Justitiam non pavescunt,
Dempta peccati nota
Mundi mala compescunt,
Quorum sacrata vota
Nequaquam evanescunt.

- V. Purgatis animis
felici pace quiescunt.
3. Ex mundanis opprobriis
Sancti nunc abstracti,
Et qui tormentis variis,
Hic fuerant confracti
Amoenis gaudent atris
Divino zelo tacti;
V. Hinc in deriso
sunt hic spectacula facti.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Notas fecit Dominus
sanctis vias vitae,
Quos replet laetitia
laudis infinitae.
2. Haec est generatio,
Quae Deum quaequivit,
Quae carnis supplicio
Caelum introivit.
3. Martyres gloriantes
Et in Deo laetantes
Pro nobis Christum orent
Et veniam implorent.

Responsoria.

1. Palmas ferunt martyrii
Cum triumphi vexillis,
His, qui salutem impetrant,
provectis et pusillis,
Qui nobis locum praeparent
in sedibus tranquillis;
V. Sic lux caelestis,
sic gratia fulget in illis.
2. O martyrum victoria,
Vincens Victoriam,
O qui caelesti gloria
Gaudetis, date manum
Adjutricem pro patria,
Hinc pellentes profanum;
V. Ad statum sanum
perducite mente vesanum.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Deus fortitudinem
justorum probavit,
Quibus summae gloriae
sedes praeparavit.
2. Per hos invictos in agone
Concede nobis, Jesu bone,
Tibi laete servire
Et caelos introire.
3. Carne flagellati,
Ad Christum sitientes,
Martyres beati,
Nostras purgate mentes.
4. Benedicat Dominum
Omnes recti corde,

Brev. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Marcian. L I 84. — In 1. Vesp. ad Magn. Prosa. — In 2. Noct. R 2, 7 animis. — In 3. Noct. R 1 prosaisch. — In Laud. ad Bened. A prosaisch. — Illezu der Hymnus: Laetare, felix Civitas (Anal. XXII, 89).

Qui per preces martyrum
Nos mundet a sorde.

5. Jam exultans plebs fidelis
Laudet Dominum de caelis
Pro triumpho martyrum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Magnificantes Dominum
Hodie collaetemur
Et martyrum suffragium
Devote deprecemur,
Ut eorum auxilio
Non pro culpis damnemur,
Sed in caelesti solio
Cum superis laetemur.

69. De sancto Donato.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Extollatur
in laudum culmine
Locus dictus
a sancti nomine,
Quem Donati
sacravit sanctitas,
Cujus praesens
adest sollemnitas.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum vitae donatorem
Veneremnr juxta morem,
Qui Donatum confessorem
Caeli vexit ad decorem.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Aurelianensis
urbis de civibus

Donatus ortus est
piis parentibus,
Quorum praesidiis
et diligentia
Sacra nutritus est
in pueritia.

2. Attendentes
parentes pueri,
Ipsum Deo
devotum fieri,
Literarum
tradunt doctoribus
Imbuendum
sacris apicibus.

3. Instructus igitur
artium studiis
Carnem continuuit
a carnis vitiis,
Et dum Domino se
totum exhibuit,
Ad cleri titulum
provehi meruit.

Responsoria.

1. Orthodoxae
 Donatus fidei
 Normam servans
 meruit provehi
 Sublimatus
 ad sacerdotium,
 In spe foyens
 operae pretium,
V. Satiandus
 de mensa fertili
 Mundum spernit
 cum flore sterili.
2. Limes artus
 et collis arduus
 Et draconis
 terror praecipuus
 Nequit sancti
 mentem retrahere,
 Ad manendum
 mentem retrahere;
3. In novellae
 vitis propagine
 Botrus praegnans
 miro genimine
 Vinum fudit
 in abundantia,
 Ut clarescant
 Dei magnalia;
- V. Draco jussus
 fugit a patria,
 Fugam cuius
 novit Durentia.
- V. Recens potus
 fecundi calicis
 Causam praebet
 credendi rusticis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Qualis in opere,
 qualis in precibus
 Praevius exstitit,
 sumptis ordinibus
 Quales fuerint
 singultus intimi,

Succinto carmine
 non valet exprimi.

2. In diaconii
 mox arce positus,
 Carnem ad opera
 convertit spiritus,
 Exercens animo,
 quod ad rem pertinet,
 Quem non ad levia
 vagari sustinet.
3. Crescit aetas,
 crescit religio,
 Consecratur
 in sacerdotio,
 Confecturus
 secundum ordinem
 Dominicum
 corpus et sanguinem.

Responsoria.

1. Uvarum decipit
 agrestem species
 Et vexat avidum
 ventris ingluvies,
 Sed botri miserum
 gustus exasperat,
 Donec vir Domini
 clamantem liberat;
- V. Non valuit devium
 vomere aut deglutire race-
 mum.
2. Egregio
 ditatus socio
 Florentini
 gaudet solatio,
 Quem divina
 perficit gratia
 Literali
 doctum scientia;
- V. O felicis
 virum memoriae,
 Quem spiritus
 replet scientiae.
3. Refragata
 lucta Leviathae
 Montis iter
 mirando schemate

Daemon planat,
quod erat nimium,
Confessoris
agens imperium;
V. Hostis nequam
dum saxa bajulat,
Laborando
gemit et ululat.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virum Dei
fama prosequitur
Et per vulgi
voces attollitur,
Cujus ne levitas
possit officere,
Natale cogiturn
solum relinquere.
2. Ne laedatur
rumoris famine,
Sanctus abit
conscio nemine
Et latenter
relicta Francia
Sancti petit
Martini moenia.

3. Ibi noctis
agens vigilias
Sancti sumit
datas reliquias,
Quo profectus
laetatus comite
Complet iter
accepto tramite.

Responsoria.

1. Importunus
furator oleris
Fascem fecit
non parvi ponderis,
Sed nec illinc
exire potuit
Nec ponendi
fascem fas habuit;
- V. Solvitur exire,
sinitur correptus abire.

2. Vir invictae
misericordiae
Senatoris
medetur filiae,
Scriptum tenens
illud memoriae:
Fili, ne sis
memor injuriae.
V. In adstantis
conspicu populi
Caeli lumen
resumunt oculi.
3. Saevae matris
dira crudelitas
Nato negat
res cunis debitas,
Sed infantis
sufficientia
Cerva dedit
lactis edulia;
V. Praetermissa
naturae regula
Mater negat,
dat cerva pabula.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Proficiscens
vir de Turonica
Luras adit
ora Sisterica,
Inter rupes
sub alis montium
Sanctus parat
sibi tugurium.
2. Fit ab ipso
pauper ecclesia
Rebus quidem,
sed dives gratia,
In qua sacras
condit reliquias,
Viae suae
duces et praeorias.
3. Dum vitae semina
spargeret accolis,

- Et illi crederent
relictis idolis,
Ad Celsum judicem
paganum trahitur
Et duro verbere
Donatus teritur.
4. Nil formidans
carnis injurias
Ictus perfert
et contumelias,
Tandem redit
sanctus ad propria
Benedicens
Dei magnalia.
5. Judex persequitur,
Donatus latitat
Et in Anorelae
latebris habitat,
Hic usque permanens
ad mortis terminum
- Laudat in canticis
de caelis Dominum.
Ad Benedictus.
- A. Eductus igitur
carnis ergastulo
Donatus clauditur
ibidem tumulo,
Cujus exsequias
insignis Marius
Complevit lacrimis
orans propensius.
- In 2. Vesperis.
Ad Magnificat.
- A. O donator, in Donato
Nobis culpas condonato
Et, ut tibi placeamus,
Pacem dona, quam rogamus.
- Brev. ms. S. Laurentii Ulcensis sacc. 15. Cod. Taurinen. Reg. 11. —
A 4 Matut. Invit. 4 vexit et decorem. — In 1. Noct. A 1, 4 ex piis. —
R 2, 8 Dies mit 2, 6 gleichlautende mentem retrabere ist in der Hs. spätere
Korrektur über einem ausradierten Texte. — In 2. Noct. A 2, 2 arte positi-
tus. — **R** 2, 7 ad fehlt. — **R** 2, 2 dictatus. — **R** 3, 2 levitate. — In 3. Noct.
A 2, 6 sq. Martini petit. — A 3, 3 sumi. — A 3, 5 praefectus. — R 1, 3
Facem. — **R** 2, 1 in vite. — **R** 2, 4 videtur. — In Laud. ad Ben. A, 7
Complet.

70. De sancto Donato.

- In 1. Vesperis.
Antiphonae.
1. Splendor stellae, clarae lucis
Rutilat serenitas,
Cum Donati, nostri ducis,
Agitur sollemnitas.
2. Fulgens vitae sanctitate
Claret et natalibus,
Lucens vera castitate
Nitet mirabilibus.
3. Hunc baptismi chrismate
Consecrat Pigmenius,
Legis quoque dogmate
Docet ipsum plenius.
4. Quaerens justum Julianus
Compulit Arethium,
- Tenens hunc Hilarianus,
Suscepit martyrium.
5. Martyr inclite Donate,
Miseris refugium,
Nobis dona tibi datae
Gratiae solatia.
- Ad Magnificat.
- A. Fonte aquae tabidum,
Labe mortis sordidum
Sanaturus vadit,
Draco mox egreditur,
Et asellus nectitir,
Eum et invadit,
Crucis tamen opere
Et flagelli verbere
Caesus morte cadit.

A d M a t u t i n u m .

I n v i t a t o r i u m .

Christum regem adoremus
P s a l m i s j u b i l a n t e s
E t D o n a t u m h o n o r e m u s
L a u d i b u s l a e t a n t e s .

I n 1 . N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. Peccatorum cathedra
Sanctus hic non sedit,
Tollitur ad aethera
Mundo dum recedit.
2. Fremuerunt populi
Convenerunt gentes,
Convertuntur aemuli,
Collustrantur mentes.
3. Cum precatur, exaudisti
Servum tuum, Domine,
A timore protexisti
Caesum tuo nomine.

R e s p o n s o r i a .

1. Nobili prosapia
Dei dono gratus
U r b e N i c o m e d i a
O ritur Donatus,
Moritur in Tuscia
C a e l o c o r o n a t u s ;
- V. Pellitur parentibus
Haerens Christi legibus
D e o c o n s e c r a t u s .
2. Luce carens corporali
Sed et lumine mentali
I d o l i s i n t e n d e n s ,
D u m S e r a n n o c r e d i t ,
I d o l a mox prodidit
M o n i t i s a t t e n d e n s ;
- V. Sacro fonte baptizatur,
Luce claro perlustratur
C h r i s t o r e g i c r e d e n s .
3. Juvenis Asterius
D u m v e x a t u r a c r i u s
D a e m o n e m a l i g n o ,

C o g i t C h r i s t i n o m i n e

A l m a e c r u c i s l u m i n e
C o r u s c a n t e s i g n o ;

- V. S t a t i m d a e m o n p e l l i t u r ,
A e g e r d u m c o n t i n g i t u r
D i g i t o b e n i g n o .

I n 2 . N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. I n v o c a n t e m e x a u d i v i t
S a n c t u m e t m i r i f i c a v i t ,
F u r e n s p o p u l u s a d i v i t ,
C h r i s t o d u m s a c r i f i c a v i t .
2. V e r b a s a n c t i p e r c i p e ,
C h r i s t e , s u p p l i c a n t i s ,
I n t e g r a r i p r a e c i p e
F r a c t u m o s o r a n t i s .
3. N o m e n t u u m , D o m i n e ,
C u n c t i s e s t m i r a b i l e ,
F e r t u r b e n e c a r d i n e
C a l i c i s n o t a b i l e .

R e s p o n s o r i a .

1. I g n i s a r d o r c r u c i a t ,
Q u i d e c r u c e r a d i a t ,
D a e m o n e m f u r e n t e m ,
D u m p u e l l a m l i b e r a t
S a n c t u s , u n d e v e n e r a t
C o g i t r e n i t e n t e m ;
- V. I n t e r v e n t u m p r o t u l i t ,
D u m e x i r e c o m p u l i t
T r a n s i t u m p e t e n t e m .
2. C r u c i s C h r i s t i c l a r u m s i g n u m
P e r D o n a t u m l a u d e d i g n u m
O r n a t u r b i s m o e n i a ,
I m a e p l e b i s e t p r i m a t u m
S a c r i f o n t i s c a n d i d a t u m
S u m u n t p l u r a m i l i a ;
- V. I m p e r a t o r , i m p e r a t r i x ,
H o r u m p l e b e s i m i t a t r i x
S t u p e n t m i r a b i l i a .
3. A d o r a r e n u m i n a ,
P o n e r e l i b a m i n a
S a n c t u s d e d i g n a t u r ,

Tunditur lapidibus
Impiorum manibus,
Carcere locatur;
V. Sacro caeso vertice
Coram Christo judice
Caelo collocatur.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic in Domino confidit,
Gentes dum insaniunt,
Doli fraudes dum elidit
Deo se subjiciunt.
2. Habitabit, Domine,
In monte sancto tuo
Puritatis lumine
Nitens Deo suo.
3. In virtute tua, Christe,
Sanctum coronasti,
Dum glorificat te iste,
Ipsum sublimasti.

Responsoria.

1. Clara turba testium
Pro Christo certantium
Cum Donato sternitur,
Quidam caeso capite,
Fixi plures stipite,
Hic truncatus caeditur;
- V. Sancti oratorium
Horum coemeterium
Fossa petra cernitur.
2. Odor fragrat incensorum,
Fit concursus populorum,
Sanctus dum transfertur,
Promuntur oracula,
Sequuntur miracula,
Canticis defertur;
- V. Gloriosae virginis
Matris Dei germinis
Atriis infertur.
3. Divinum mysterium
Conficit Donatus,
Vitae participium
Didicit beatus,

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

- Calicis excidium
Cernit anxiatus;
- V. Precis sumens instrumenta
Jungit calicis fragmenta
Cunctis honoratus.
4. Turbata provincia,
Absumpta pecunia
Consocia moritur,
Dum viro suppicia
Parantur immania,
Donatus consulit;
 - V. Procedit ad tumulum,
Per vocis oraculum
Thesaurus ostenditur.
 5. Sequitur Antidia,
Pii regis filia,
Sanctum Christi famulum,
Aulam spernens regiam,
Sequens pudicitiam
Vitae servat speculum;
 - V. Sanctis facta socia
Ornant mirabilia
Ejus clarum tumulum.
 6. Quasi stellae lucidae
Gemmae quoque fulgidae
Martyris sacrati
Ad honoris cumulum
Ornant sancti tumulum
Undique locati;
 - V. Tenent caput splendidum
Super pectus nitidum
Brachia beati.
 7. Ante sancti tumulum
Clarum lucis vasculum
Solo dum colliditur,
Lampas luce fulgida
Oleoque turgida
Integra colligitur;
 - V. Lumen Dei caelicum
Vas collustrans sphaericum
Saepius adspicitur.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Christus Dominus regnavit
Nitens fortitudine

- Et Donatum coronavit
Roborans certamine.
2. Fide vacuos parentes,
Quos Donatus instruit,
Christi laude persistentes
Julianus obruit.
3. Pars dum quaedam calicis
Daemone furatur,
Nulla tamen laticis
Fusio probatur.
4. Pactum gentes faciunt
Pluviae dilatae,
Copiam mox fugiunt
Aquaee postulatae.
5. Fontis poculum sanati
Dum formidant sumere,
Novi potum petra nati
Praecipit accipere.
Ad Benedictus.
- A. Reprobatur instrumentum,
Dum vetatur monumentum
Homini extineto,
Sorte mortis revocatus
Damnat falsum vera fatus
Sermone distincto,
Mandat sanctus obdormire
Et ad requiem transire
Ire jam praecincto.
- In 2. Vesperis.
Antiphonae.
1. De quartana dire tactus
Tumba dum prosternitur,
- Stat sacerdos sanus factus,
Festum dum peragitur.
2. Dum matrona nobilis
Genu cruciatur,
Tumbae venerabilis
Tactu mox sanatur.
3. Mulier dum labitur,
Creditur defuncta,
Sana mox erigitur
Grata vice functa.
4. Membra fert arentia,
Tumbam dum complectitur,
Mulier Florentia
Liberata cernitur.
5. O Donate, pastor gregis,
Da vitae solatium
Et videre vultum regis,
Beatorum praemium.

Ad Magnificat.

- A. Christi martyr, tu Donatus,
Plebis doctor et beatus
Castitatis lilio;
Sanctitatis implens statum,
Trinum meruit ornatum
In caelesti praemio,
Lacte fluxit pietatis,
Donet ergo claritatis
Nos frui palatio.

Cod. Vallicellan. G. 76. saec. 17. (Abschrift, um das Officium, das natürliche viel älter ist, der Ritencougregation zu unterbreiten.) — In 1. Noct. A 2, 4 Factum vos orantis. — R 2, 6 Sumat. — R 2, 8 Horum piles. — In 3. Noct. R 2, 1 flagrat. — R 4, 1 Turbate. — R 4, 2 Absumit. — 5, 1 Sonst Anthilia; cfr. Acta SS. Apr. III, 775. — R 5, 8 Ornat.

71. In Translatione ss. Eleutherii, Pontiani et Anastasii.

- In 1. Vesperis.
Antiphonae.
1. Exsultantes revolvendo
sanctorum magnifica,
- Nunc cantemus voce cordis
cantorum cantica,
Ut haec Christo modulata
grata sint organica.

2. Voce pura concrepantes
martyrum prodigia
Imitemur, dum hic sumus,
eorum vestigia,
Ut post vitae nobis cursum
caeli dentur praemia.
3. Ad conventum in sanctorum
properemus laudibus,
Qui cum Christo sunt in caelo,
hic florent virtutibus,
Quorum semper defendamur
ac regamur precibus.
4. Festum instans celebrantes
laetemur in Domino,
Qui praesentes baptizavit
sanguinis martyrio
Et clementer liberavit
mortis a dominio.
5. Clerus psallat, Troja plaudat
plectro atque cithara,
Musicorum ars cantorum
voces levet ad aethera,
Chorus laetus, miris fretus,
Deum laudet in saecula.

A d Matutinum.

Invitatorium.

Invitantes plebem Christi
in sanctorum laudibus
Exsultemus et psallamus
veri cordis vocibus,
Ut superna mereamur
simil horum precibus.

A d Laudes.

Antiphonae.

1. Recolatur mente pia
sanctorum proiectio,

Ut ab hoste nos defendat
eoram protectio
Et excuset ante Deum,
quos accusat actio.

2. Angelorum rex sanctorum,
semper tibi gloria,
Qui nos tanta sublimasti
annua memoria,
Da pugnanti cum dracone,
fungatur victoria.
3. Gaudeamus exsultantes
cum tota ecclesia,
Illustrata tantis signis
gaudeat Apulia
Et devote corde puro
celebret haec gaudia.
4. Veri Christi sacerdotes,
Deum benedicite
Et ad festa recurrentes
orando respicite,
Ut purgetur ab his caro,
Quae fecit illicite.

5. Laudent Deum in excelsis
pueri et virgines,
Laudent senes, laudent omnes
viduae et virgines,
Pulsans psallat chorus omnis
tympanis et cymbalis.

Ad Benedictus.

- A. Praesul Christi Eleutheri,
cum tuis sodalibus
Oves tibi consignatas
tuis rege precibus,
Ne vagantes per mundana
lupi dentur morsibus,
Sed exora intercessor
pro tuis fidelibus.

Brev. ms. Trojanum saec. 15. Cod. Neapolitan. VI E 16. — In 1. Vesp.
A 5, 1 Coetus psallat. — **A** 5, 4 leves. — Invit. 3 psallemus. — In Laud.
A 2, 6 fugatur; lies fungatur oder fruatur. — **A** 3, 6 celebrat. — Alle
übrigen Teile des Officiums sind prosaisch; den Hymnus siehe Anal. XXII, 90.

72. De sancto Evasio.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Angelici
secreti conscius
Romam venit
sanctus Evasius,
Hic assumpto
pastoris baculo
Praesul datur
Astensi populo.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sanctus Evasius
aetate tenera
Cordis votum
vexit ad supera,
Disciplina
virtutum celebris
Mundum sprevit
plenum illecebris.
2. Sub inedio
lumen non latuit,
Sed lucerna
lucens enituit,
Intonando
tubam propheticam
Multos traxit
ad fidem deicam.
3. Caritatis
spargendo semina
Peccatorum
vellebat germina,
Justitiae
secutus tramitem
Praedicabat
virtutum fomitem.

Responsoria.

1. Cum floreret
sanctus miraculis
Facti fama
crevit in populis,

Nam a septem
virgo daemonibus
Liberatur
ipsius precibus.

V. Quoniam omnes dii gentium
daemonia, Dominus autem
caelos fecit.

2. Eugenius
percussor nomine
Longa jacens
in aegritudine,
Baptizanti
credens dum resipit,
Sanitatem
membrorum recipit.

V. In nomine patris et filii et
spiritus sancti.

3. Per Romanae
sedis pontificem
Praesulatus
conscendit apicem,
Hunc Astensis
elegit civitas,
In quo vernant
fides, spes, caritas;

V. Fidelis servus et prudens,
quem constituit Dominus super
familiam suam.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Indefessus
in cura pauperum
Pium lapsis
praebebat humerum,
Apostoli
commendans opera
Aliorum
portabat onera.

2. Jam calcata
caro, qua tegitur,
Spiritui
servire cogitur,
Nil in mundo
mundanum cogitans,
In supernis
mortalis habitans.

3. Sua cunctis
novit tribuere
Cunctos formans
caelesti munere,
Cunctis erat
factus mirabilis,
Parvis magnus
et magnis humilis.

Responsoria.

1. Praesulatus
insignis infula
Per annorum
multa curricula
Ab Ariis
et duce Caunio
Pulsus urbe
datur exsilio.

V. Si vos persecuti fuerint in
una civitate, fugite in aliam.

2. Artificis
cujusdam filia,
Morbo diu
languens et anxia,
Idolorum
contempto scelere
Baptizata
curatur prospere.

V. Salus enim justorum a Do-
mino, et protector eorum est
in tempore tribulationis.

3. Deus summi
largitor praemii,
Terminator
hujus exsilii,
Dignatus est
percussum gladio

Pio pium
ditare gaudio.

V. Multae tribulationes justorum,
et de his omnibus liberavit
eos Dominus.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ad majora
vocatur caelitus
Angelico
nutu commonitus,
Beneventi
relinquens patriam
Romam petit,
urbem egregiam.

2. Tunc Natalis,
insignis presbyter,
Et Praejectus
levita pariter
Sequuntur tam
vita quam gressibus,
Insistentes
orationibus.

3. Civitatis
Astensis nuntii
Venienti
venerant obvii,
Eligentes
laeti de munere,
Quem Deus
dignatus est mittere.

Responsoria.

1. Actubali
tyranni feritas
Virum necat,
quem firmat sanctitas,
Sed tyrannus,
dum lumen perdidit,
Resipiscens
in Deum credidit.

V. Non enim vult Deus mortem
peccatoris, sed ut convertatur
et vivat.

2. Malianus,
confessor inclitus,
Et Praejectus,
virtute praeditus,
Consequentes
mercedem bravii
Mortis flunt
et vitae socii.
- V. Ecce, quam bonum et quam
jucundum, habitare fratres in
unum.
3. Sacro tellus
educta tumulo
Lumen caeco
restaurat oculo,
Surdus audit,
et mutus loquitur,
Salus redit,
morbus repellitur.
- V. A daemoniis quoque possessi
cladem pestiferae laesionis per
beatum Evasum evaserunt.
- Aliud Responsorium.
1. Florente ferula
mirandum patuit,
Quod novus Aaron
virgam exercuit,
Virentem repperit
Natalis visio,
Quam casu liquerat
sancti dormitio.
- V. Ecce, non dormitabit neque
dormiet, qui custodit Israel.
2. Ecce, furunt Ariani,
Morti dantur Christiani,
Urbis solum dissipatur,
Pars adversa dominatur.
3. Instinetu Satanae
conantur Arii
Sancti comburere
corpus Evasi,
Sanctum contingere
corpus non poterant,
Quod ut comburerent,
male quaesierant.
4. Rex Luitprandus
metu concutitur,
Sed cunctanti
metus adimitur,
Ut in somnis
dixit Evasius,
Prosternitur
cum suis Caunius.
5. Superatur dux nefandus,
Gratulatur rex Luitprandus,
In excelsis laudans Deum,
Qui victorem fecit eum.

Ad Benedictus.

- A. Rex Luitprandus
devicto Caunio
Sancto grates
egit Evasio,
Augens templum,
augens et munera,
Per quem sibi
cessit res prospera.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Arianus
populus pestifer
Et Caunus,
ipsorum signifer,
Civitatem
delere Sedulæ
Cum populo
conantur sedule.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Natalis igitur
confessor inclitus
Mundana sarcina
calcata penitus,
Dum vitae pabulum
conferret populo,
Diem novissimum
clausit in saeculo.

Ex mss. libris choralibus ecclesiae Casalensis in Johannis Andreae Irisci, patricii Tridinensis libro, cui titulus: De sancto Evasio, Astensium primo episcopo et martyre, Casalensis urbis patrono, dissertatio historicocritica. Mediolani 1748, p. 220 ff. — Das Invitatorium fehlt. — In 1. Noct. A 3, 3 Justi consecutus. — R 2, 2 praecessor. — Hiezu finden sich l. e. zwei Hymnen, der erste ad Vesp. et Noct.: Martyris nostri celebranda gesta, der andere ad Laudes: Dat Sedulensis civitas; beide sind indes jüngere, humanistische Producte.

73. De sancta Firmina.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Firmina virgo,
virtutis speculum,
Transit felix
ad caeli solium,
Cujus prece
coetus fidelium
Summi regis
intret in gaudium.
2. Opus Firmina
fecit mirificum,
Ad lucem de tenebris
revocans impium,
Olympiadem
convertens ad Dominum.
3. Manus, quam levat impius,
Stat immobilis, afflictus
Clamans caelitus
Liberatur virginis precibus
Et sic pro fide moritur.
4. O quam magnum miraculum,
Flatu confringens idolum,
In lutumque convertitur,
Sic errorum fraus vincitur.
5. Post tot magna miracula
Tantaque dira martyria
Crinibus virgo suspenditur,
Rogus adhibitur
Et sic felix caelum ingreditur.

Ad Magnificat.

- A. Gaude, Roma,
ditata gloria,
Tot sanctorum
agens sollemnia,

Gaude tota
de rosa rubea,
Qua ditatur
felix Amelia,
Quam tu profers,
vivit in saecula.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum regem gloriae
omnes adoremus,
In honorem virginis
ipsi jubilemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Praefecti genere
rosa progreditur,
Cujus odor
per mundum spargitur.
2. Mundum fugit
spernens illicta,
Deum pulsat
prece mirifica.
3. Haec constanter
tyrannum superat,
Dum ferventer
fidem annuntiat.

Responsoria.

1. Mundum calcat pedibus
Romam derelinquens,
Deserta loca transmeat
Obsequiis insistens,
- V. Mentis servans munditiam,
Carnis virginitatem,

- Deo servire studuit
Per morum honestatem.
2. Virgo pugil Christi,
virtutum forma fuisti,
Dum pro fide Christi
coronari meruisti,
- V. Fulgida stella maris,
nos protege, nos tuearis.
3. Dum Firmina gressum figit,
In Christo stat firmiter,
Fidem tenet nec mollitur
Resistens viriliter,
Judex furit nec timetur,
Dum spernit sublimiter;
- V. Haec blandimenta respuens
Judicem despexit,
In Christo sponso glorians,
Quem multum dilexit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dum injuste
lacertus tenditur,
Riget statim,
nequaquam flectitur.
2. Orat firma
Firmina dulciter,
Relaxatur
lacertus jugiter.
3. Stupet judex,
statim convertitur,
Fidem tenens
pro fide moritur.

Responsoria.

1. Nobilis est genere
praefectorum alumna,
Gentem devicit perfidam
quae nimis furibundam
Coronam lucrans gloriae
pretiose jucundam;
- V. Haec convertit praesidem
Secumque traxit judicem
Ad gloriam caelorum.

2. Virgo flagellatur,
suspenditur et cruciatur,
Christo juvatur
nec flagellis superatur;
- V. Stat constanter pugil fortis,
Fidem tenet hora mortis,
Dum pro Christo patitur.
3. Dum orantis
devota carmina
Caeli petunt
alta sublimia,
Mox redduntur
stupida brachia
Jam fidi;
- V. Afflictus verbere
Promittit credere,
Redditur sanitas.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dum imago devastatur,
Virtus Christi demonstratur
Flatu sanctae virginis.
2. Stupent omnes et mirantur
Laudes Christo decantantur
Immenso prodigio.
3. Cum Firmina verberatur,
Amor Christi inflammatur,
Nec terretur verbere.

Responsoria.

1. Verbum Christi
dum palam promitur,
Multitudo
magna convertitur,
Judex furit,
minas connectitur
Nec timetur.
- V. Vis flagelli
amore vincitur,
Dum in Christo
Firmina figitur.
2. Deos exprobrat,
statua frangitur,

Dum Firminae
flatu contingitur,
Stupent omnes,
fides extollitur,
Sic error vincitur,
V. Dum Firmina
fortis in agmine
Verba profert
virtutis nimiae.
3. O quam magna
virtus ostenditur,
Dum Firmina
carne suspenditur,
Stat invicta,
sic tamen moritur.
V. Virgo sancta,
commenda Domino,
Qui te laudant
devoto cantico.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Adest dies laetitiae,
Qua rosa delicata
Offertur regi gloriae
Deliciis ornata.
2. Haec corona duplici
In caelo coronatur

Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Vatican. 10000. — In 1. Vesp. A 3, 1 levat ipsius. — A 3, 2 Stant. — A 4, 4 fehlt eine Silbe; fraus ergänzt. — In 2. Noct. R 2, 3 A Christo. — In 3. Noct. R 2, 8 Firma; nur dies. — In Laud. A 1, 2 delectabilis. — Die beiden zum Officium gehörigen Hymnen cfr. Anal. XXII, 102 sq.

Et virtute multiplici
In terris comprobatur.
3. Nobilis es gener,
Firmina, virgo Christi,
Non superaris verbere,
Inimicum vicisti.
4. Carnem affixit jugiter
Jejuniis vacando,
Fidem defendit fortiter
Pro Christo moriendo.
5. Castitatis lilyum
Suspeditur per crines,
Glorias eximum
Tendens in sublimes.
Ad Benedictus.
A. Ave, virgo speciosa,
Gemmae jubar, florens rosa,
Stella splendens virtuosa,
Nos conserva jugiter.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O speculum munditiae,
summi vas honoris,
Virginitatis lilyum
mirifici candoris,
Translata es cum gloria
in supernis choris.

74. In Translatione ss. Fortunati,
Caji et Anthes.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Urbs Salerni gaudeat,
Plaudat plebs devota,
In virtute floreat
Hac in vita tota.
2. Es depositaria
Facta thesaurorum,

Cella pigmentaria
Sacrorum odorum.

3. In te trium martyrum
Gaza triplicata,
Nobile triclinium,
Exstitit translata.
4. Vilis prius tumulus
Corpora tegebat,

Quae nobilis loculus
Praevisus manebat.

5. Ad hoc multiplicia
Cives induxerunt
Martyrum suffragia,
Quare transtulerunt.

R. O stupor et gaudium,
Odor tantus prodiit,
Qui corda fidelium
Intrinsicus feriit
Et corda debilium
Sospitati tribuit,
V. Ut probatica piscina
Factus cunctis medicina
Languentibus adfuit.

Ad Magnificat.

A. O quantus clamor populi,
Quanta cleri laetitia,
Gaudent senes et parvuli,
Ferunt laudum paeonia
Mira de sacro tumuli
Prodeunte fragrantia.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adsunt sollemnia
Translationis,
Mens det insignia
Devotionis.

Ad Nocturnum.

Antiphonae.

1. Ihi, qui dono gratiae
Nobis illuxerunt,
Sunt, qui pestilentiae
Sede non sederunt.
2. Vere Dei filius
Nos magnificavit,
Hos nobis propitius
Cum mirificavit.
3. Contra viros sanguinum
Hi sunt nobis dati
Et in arma daemonum
Milites probati.

Responsoria.

1. Fulget Salerni civitas
Tribus lustrata radiis,
Quam immortalis pietas
Dignificavit variis
Magnisque prodigiis;
2. Recte non es minima
Inter mundi lumina
Tot circumfulta gaudiis.
3. In odoris
mira fragrantia,
Quam ostendit
Christi clementia,
Dum sepulchri
franguntur tegmina,
Catervatim
ruebant agmina.
4. O mira suavitas,
Datur aegris sanitas
Per haec tria lumina.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Adest dies laetitiae,
In quo Salerni civibus
Luxit Christus, rex gloriae,
Tribus datis martyribus.
2. Gemma triplex abscondita
Despecto latens loculo,
Jam est Salerni condita
Multiplici miraculo.
3. Sacrorum glebas corporum
Mirus odor monstravit,
Quas praecedentum temporum
Decursus occultavit.
4. Haec superant fragrantiam
Odoris unguentorum
Nec minorem frequentiam
Reddunt prodigiorum.
5. In passione socios
Capit loci unitas,
Quos fide non varios
Junxit Christi caritas.

Ad Benedictus.

A. Praeclara luminaria,
Christi veri pugiles,
Translati Dei gratia
Sitis urbis vigiles,
Sitque vestri praesentia
Cunctos firmans debiles.

Brev. ms. Salernitanum saec. 15. Cod. Capit. Salernitan. s. n. A. —
Propr. Salernitanum imp. Neapoli 1594. B. — In 1. Vesp. A 1, 2 Plebs
devota plaudeat B. — A 5, 3 Magnum suffragia A. — R fehlt B. — Ad
Magn. A, 5 De mira sacri tumuli A. — R 1, 2 illustrata AB. — R 1, 5
Magnum prodigiis. — R 2, 5 sq. Dum sepultorum frangit AB. — In Laud.
A 4, 4 Nec minus AB. — Die Hymnen cfr. Anal. XXII, 105 sq.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Gloriosi milites,
Urbem defendatis,
Verae vitis palmites,
Vinum tribuat,
Quod gustatis divites
Omnibus beatis.

75. De sancto Galgano.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Laetetur plebs fidelium,
Ad sanctorum consortium
Galganus scandit inclitus
Omni virtute praeditus.
2. Exortus in provincia
Castro Cluslino Tusciae,
Proavorum prosapia
Spectabilis progenie.
3. In annis puerilibus
Satis effrenis moribus
Instruitur angelica
Visione mirifica.
4. Princeps caelestis patriae,
Michael visu adfuit,
Sumat novae militiae,
Signa Galganum monuit.

Ad Magnificat.

A. Magnificat prae ceteris
Virtutibus innumeris
Galganum sanctum deitas,
Per gratiam praeveniens,
In eadem stabiliens,
Coronans per gloriam;
Per quem nobis veniam
Praestet beata trinitas.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem laudemus aeternum,
Qui sancto Galgano regnum
Dedit in caelis supernum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Beatus evangelicam
Legem meditatur,
Quae per doctrinam caelicam
Sibi demonstratur.
2. Quare mundalia
Vana cuncta sprexit,
Qui sola caelestia
Quaerere decrevit.
3. Cum invocarem Dominum,
Ait sanctus, justitiae,
Vitare turbam hominum
Decet vanae militiae.
4. Verba mea, Domine,
Percipe precantis,
Viam tuo lumine
Dirigens errantis.
5. Domine, mirabilem
Tenens principatum,
Da, vincam terribilem
Daemonis conatum.

6. In Domino fiduciam
Totam hic jactavit,
Qui carnis immunditiam
Vere declinavit.

Responsoria.

1. Aperit matri filius
Secreta visionis,
Quae reseravit nuntius
Caelestis regionis,
Quae mente volvens tacite
Mater respondit concite:
 Immensem tibi gaudium
 Figurat hoc praesagium.
V. Christus Dei filius
Galganum specialius
 Suum vocat per nuntium.

2. Archangelus apparuit
Iteratoque monuit
 Galganum, sequatur,
Ad flumen magnum veniunt,
Molendinum conspiciunt,
 Quod ibi rotabatur;
V. Decursus praesentium
Mundanorum fragilium
 Illo figurabatur.

3. Transacto ponte fluvii
Pratum florum reperiunt
 Odoris mirifici,
Ascendent montem Sepii,
 Domum ibi conspiciunt
 Coetus apostolici;
V. Erat domus haec rotunda,
Ubi turba stat jucunda
 Senatus magnifici.

4. Librum jubetur tollere,
Versiculum hunc legere:
 Literas qui ignoravi,
 In potentias intravi
 Divini memor nominis;
V. Imaginem speciosam,
Quam agnovit gloriosam,
 Vidit Dei hominis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Domine, sine macula
 Ingreditur possessor
 In tua tabernacula
 Tuus hic confessor.
2. Domine, laetabitur
 In virtute tua
 Sanctus, qui servabitur
 In puritate sua.
3. Domini est gratia
 Regnum praeparatum,
 Qui servat innocentia
 Cor immaculatum.
4. Exaudi orationem
 Meam, Deus, qua deprecor,
 Spatae fac sanationem,
 Qua contracta tribulor.
5. Te decet hymnus hodie
 Galgani vocem audiens,
 Rex aeternae gloriae,
 Fractum ensem reficiens.
6. Bonum tibi confiteri
 Creatori omnium,
 Cui semper misereri
 Fuit et est proprium.

Responsoria.

1. Dum ad castrum Civitellae
 Pergit equus, stans in via
 Prope castrum Lugrianum
 Contradicit suo velle,
 Motus orat voce pia:
 Deus, dirige Galganum.
- V. Primum Adam qui plasmasti,
 Mihi quoque demonstrasti
 Spernere hunc mundum
 vanum.
2. Prece fletu terminata
 Equus motu proprio
 Pergit condenso nemore
 Sistens monte Sepio,
 Ubi manet fixa spata,
 Manet omni tempore.

- V. Vera crux ense signatur,
Quae per sanctum honoratur,
Mortificato corpore.
3. Herbis famem refocillans,
Aqua sitim, non vacillans
Perseverat fortiter,
Satan saevit acriter
In Galganum exsiliens;
- V. Daemon terrere cupiens
Orantem venit jaciens
Trabem ignis, post fugiens.
4. Fama cupiens latere
Sanctis micans virtutibus
Diffunditur in Thuscia,
Mulieres mox venere
De Aretii partibus
Cum maxima fiducia;
- V. Manu contractam puellam
Ad ipsius ductam cellam
Sanat Dei gratia.
- V. Pars fracta dum reponitur
Spatae fractae reficitur
Ensis, auditque citius.
3. Construxit cellulam
Galganus parvulam
De lignis, humilem,
Rotundam, similem
Ejus, quae nunc cernitur.
- V. In montis culmine
Caelesti numine
Talis ostenditur.
4. Sacris dum vacat studiis,
Continuis vigiliis
Luce missa caelitus
Vox clamat divinitus:
Satis est, quod laborasti,
Mete nunc, quod seminasti.
- V. Corpus inane linquitur,
Anima caelo rapitur,
Galgano dum sic dicitur.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. Beatus solitariae
Vitae Galganus studuit,
Non thesauris pecuniae
Spem suam unquam posuit.

Responsoria.

1. Apostolorum limina,
Qui sunt mundi lumina,
Visit pro indulgentia,
Dum fit absens, aliquorum
Corda fremunt malignorum
Pro pessima invidia;
- V. Hos ad locum accedentes,
Ensem fractum relinquentes,
Dei ferit sententia.
2. Cum sic Romae perseverat,
Hoc per visum asserebat
Sibi caelestis nuntius;
Dolens cogitur redire,
Ubi meretur audire:
Ne adeas ulterius.

In Laudibus.

Super Psalmos.

- A. Laudes reddit sanus factus
Puer parvulus, contractus
Manibus atque pedibus,
Sancti Galgani precibus.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus es, Domine,
Qui reparas in homine
Angelicum excidium,
Galganum vana spernere,
Te solum Deum quaerere
Tuorum docens praemium.

Ad Horas.

Ad Primam.

- A. Reddens vitae puerum
Demersum in fluvio
Solatur patrem miserum
Suo patrocinio.

Ad Tertiam.

- A. Clausus arto carcere
Fugit ab ergastulo,
Sancti Dei munere
Liber a periculo.

Ad Sextam.

- A. Religatum in catenis
Visa sanctus eripuit,
Liberum a diris poenis
Suis eum restituit.

Ad Nonam.

- A. Quasi omnis gratiae
Dono invocatus
Cuidam custodiam
Reserat beatus.

In 2. Vesperis.

Antiphonae.

1. Sancti mirabilia
Canamus multiplicia,

Brev. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Casanaten. A IV 16 (123). — In
2. Noct. R 4, 1 latere cupiens. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 7 languen-
tium. — Die vier zugehörigen Hymnen Anal. XXII, 109 sq.

Privatum cunctis sensibus
Suis reddit visibus.

2. Visitans sancti limina
Contracta manu femina
Cum sanitatis gratia
Laeta reddit ad propria.
3. Vexatam a daemonio
Mulierem septennio
Latam in oratorio
Suo curat suffragio.
4. Leprosus sui similem
Cerae ferens imaginem
Curatus agit gratias
Sancto Galgano nimias.

Ad Magnificat.

- A. Magnificat miraculis
Galganum coram oculis
Dominus cernentium,
Capitis servans decorem
Devotorum ad honorem
Sibi famulantium,
Per ipsum languentibus
Cunctis se potentibus
Dans salutis gaudium.

76. De sancto Geminiano.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Gaude, felix Italia,
Christi novis oraculis,
Sacra fulgent solemnia
Geminiani praesulisi.
2. Ex Mutinensi gremio
Carnis foedus hunc genuit,
Cujus vitae perfectio
Praesulatum promeruit.
3. Praecinctus continentia
Lumbis mansit in saeculo,
Exempla radiantia
Salutis praebens populo.

4. Sibi talenta credita
Duplicata restituit
Et ratione posita
Scandere caelum meruit.
5. Hujus, o Christe, precibus
Nos duc ad vitae lumina,
Quem hac luce degentibus
Caeli sumpserunt agmina.

Ad Magnificat.

- A. O gemma fulgens praesulum,
Fons vivus sanctitatis,
Geminiane, speculum
Divinae caritatis,
Duc te coletem populum
Ad regnum claritatis.

A d M a t u t i n u m.

Invitatorium.

Regem caelestis curiae
Collaudent omnes populi,
Qui dat coronam gloriae
Geminiano praesuli.

I n 1. N o c t u r n o.

Antiphonae.

1. Praesulatus postquam datur
Geminianus nomini,
Jam in lege meditatur
Nocte dieque Domini.
2. Sion monte constitutus
Dei praeceptum praedicat,
Satan fugans ope tutus
Crucisque signis emicat.
3. Mox Augusti Joviani,
Quo sic vexatur filia,
Quibus erat Deus sani
Cordis salus et gloria.

Responsoria.

1. Luce solis occidentis
Oriens splendescit,
Dum in praesulis absentis
Daemon sic expressit:
Omnis actus erit vanus
Ne de sui servire,
- V. Ni praesens Geminianus
Me cogat exire.
2. Jovianus regionem
Nominati nesciens,
Per mundum legationem
Quaeri mittit inquiens,
Tandem hujus mansionem,
Quae gaudet reperiens.
- V. Sed Augusti laesionem
Natae praesul audiens,
Spondet sequi visionem
Mox iter arripiens.
3. Ululatus et ploratus
Vox in Rama personuit,
Mutinensis plebs immensis
Gemitibus tunc affluit,

Cum ad mare properare
Praesul iter arripuit;
V. Sed deflentes consolatur
Benedicens et hortatur,
Nam redire statuit.

I n 2. N o c t u r n o.

Antiphonae.

1. Cum invocaret Dominum
Procellis in discripinum
Daemonio commotis,
Mox mare fit pacificum,
Portum capit salvificum
Classis optatis votis.
2. Suo conspectu Dominus
Direxit viam protinus
Beati confessoris,
Ut mox intrat Bizantium,
Aulae confertur gaudium
Ingens imperatoris.
3. Honore, laude, gloria,
Felici Dei gratia
Hic praesul coronatur,
Puella jam saevissima
Fit mox mansuetissima,
Dum sancto praesentatur.

Responsoria.

1. Ut praesentatur
Beato praesuli
Furens puella,
Daemon fugatur,
Tristis periculi
Cedit procella,
Sic operatur
Crucis signaculi
Salutis stella;
- V. Patri sunt gaudia,
Matri solatia,
Plebi tripudia,
Hosti flagella.
2. Coetus currit languentium
Ad patrem pietatis,
Qui dat cunctis solatium
Quaesitae sospitatis,

- Ritum extirpans gentium
Dat fidem trinitatis
Doctrina veritatis;
V. Ad unum sic Bizantium
Ovile ducit ovium
Pastor fidelitatis.
3. Praesul dehinc post discessit
Rediens ad propria,
Maris fluctus mansuescit,
Grata parans invia,
Qui fert sacra, quae porrexit
Augustus, exennia;
V. Mutinensis hilarescit
Jubilisque plebs florescit
De patris praesentia.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Tandem transit gens Hunno-
rum
Montes Appannoniae,
Cujus votum labiorum
Non fraudat rex gloriae.
2. Hac quassatur Germanorum
Et Gallorum regio,
Desolatur Italorum
Gens potens in proelio.
3. Mutinam mox invadentes
Cedunt salvis omnibus,
Quo nobiscum omnes gentes
Plaudant Deo manibus.

Responsoria.

1. Harum Attila gentium
Rex videns in excidium
Obsessae civitatis,
Geminiano praesuli
Fatur; flagellum saeculi
Sum nuto deitatis;
Flagellum ne respueris,
Cujus te servum asseris
Sermone veritatis.
V. Mox jussu praesulsi
Apertis foribus
Intrat exercitus,

- Qui salvis singulis
Rebus ac gentibus
Tendunt ad exitus.
2. Carnis foedus dum jam tendit
Ad ejus primordia,
Vere Christus huic descendit
Voce ferens propria:
Serve meus, et praetendit:
Veni, tolle praemia;
V. Christi praesul sic exspirat
Septus caeli curia,
Cursu vitae non delirat
Scandens ad caelestia.
3. Granum fert dum moritur
Copiam frumenti,
Alabastrum frangitur,
Fragrat vis unguenti,
Sospitas dum traditur
Omni patienti,
Ubi corpus clauditur
Area monumenti.
Caelestis militia,
Decor firmamenti,
Surgit ad tripudia
Praesuli scandenti,
Laureato gloria
Nunquam decidenti.
Patri laus, clementia
Sit omnipotenti,
Virtus et Victoria
Nato resurgentis,
Ab utroque gloria
Flamini procedenti;
V. Praesul Christi dum vocatur
Ad regna caelestia,
Voce melos modulatur
Omnis caeli curia,
Paradisus gloriatur
Vitae reddens praemia.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Regnans filius virginis,
Splendor paterni luminis,
Induit se decorum,

Geminiani praesulis
Ornans diem miraculis
Per laticum liquorem.

2. Quod Deus ipse Dominus
Sit, plebs cognovit protinus,
Dum festo Mutinensis
Existens in basilica,
Quam mox invadit latica
Procella tam immensis.
3. Confiteantur populi
Tibi, Deus, dans praesuli
Signorum claritatem,
Dum aquae fluxibilitas
Stat ut muri stabilitas
Non intrans civitatem.
4. Benedicte, flumina,
Deum, caelique numina,
Qui dat vobis virtutem,
Ut non possitis fluere,
Sed quisque vos assumere
Posit ad servitatem.
5. In sanctis ejus Dominum
Coetus laudet fidelium,
Qui prece confessoris
Vertit metum discriminum
Aquarum inundantium
In jubilum amoris.

Ad Benedictus.

- A. Stella fulget in nebula,
Dum fugit Ungarorum
Gens furens visa cellula,
Flos in qua confessorum
Geminianus parvula
Lux humatur qui morum,
Sic mox illaesa singula
Liquit gens perfidorum.

Brev. ms. Mutinense anni 1476. Cod. Capit. Mutinen. O I N 1. — In 1. Vesp. ad Magn. A, 4 Divinae calamitatis. — In 1. Noct. A 1, 2 Geminiani numini. — A 3, 1 Jobiani. — R 1, 6 verderbt; lies: Non desinam saevire? — R 1, 7 Nisi. — R 2, 1 Jobiani. — In 2. Noct. R 2, 5 Ritum stirpans. — R 1, 5 Facere flagellum. — R 3, 16 Sit fehlt. — In 3. Noct. R 1, 2 lies nitens in? — In Laud. A 1, 1 virginis filius. — Hiezu drei Hymnen; cfr. Anal. XXII, 112 sq.

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

In 2. Vesperis.

Antiphonae.

1. Huic proli, dux alme poli,
succurre precanti,
Optatum praebere statum
dignare vaganti.
2. Pace frui nos urbe tui
fac Geminiani,
Maeroris stet quaeque foris
discordia vani.
3. Mordaces prosterne faces
omnes vitiorum,
Lustrari virtute pari
da corda virorum.
4. Qui coram te, Christe, moram
trahit, ille beatus,
Praesul, ibi sit cura tibi
nostri famulatus.
5. Felices ut in orbe vices
sine lite sequamur,
Cui grato mox fine dato
super astra feramur.

Ad Magnificat.

- A. Ave, sidus, nauta fidus,
Navis, portus laetitiae,
Per hoc magnum saecli stag-
num
A pirata nequitiae
Nos tuere, consors verae,
Geminiane, gloriae,
Postque mortem duc ad sortem
Regni caelestis curiae.

77. De s. Guidone Aquensi.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Sanctus Guido,
decus Aquensium,
Transit felix
ad caeli solium,
Cujus prece
coetus fidelium
Summi regis
intret in gaudium.
- R. Regnum mundi supergressus
Et ejus ornatum,
Regnum caeli jam ingressus
Sibi praeparatum,
Nostres ad se regat gressus
Post hunc incolatum;
- V. Peregre Jacob egressus
Patris ad mandatum
Vidit Deum, sic professus
Vitae caelibatum.

Ad Magnificat.

- A. Magnificat
gesta clarissima
Sancti Guidonis
divino cultui
Devotum hodie
praesens collegium,
Cujus sancta
conscendit anima
Sub fine felici
regni perpetui
Cum sanctis patriae
sublime solium.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Regem sempiternum pronis
mentibus adoremus,
Qui aeterna sanctum Guidonem
coronavit gloria.

In 2. Nocturno.

Responsoria.

1. Amas Christum, Guido,
Quem colis tota mente,
Mundum istum horrens,
Labe carens, Deo trahente,
Forma gregis, moribus
Et virtutum actibus
Fulges;
Quem honestavit castitas,
Illuminavit veritas
Et inflammavit caritas;
- V. Annulo sacro signatus est
Et virtute fidei firmatus est.
2. Sancte Guido pretiose,
praesul beatissime,
Qui virtute caritatis
circumfultus undique,
Proprium ab inimicis
protexisti populum,
Funde preces pro devoto
tibi nunc collegio,
- V. Ut tuo propitiatus
interventu Dominus
Nos purgatos a peccatis
jungat caeli civibus.
3. Cum esset in accubitu
Mellifluae dulcedinis,
Arcens potenti spiritu
Pestem carnis et sanguinis,
Bonorum septus ambitu
Sceptrum tenet regiminis;
- V. Pastorali functus officio
Singulari fulsit paeconio.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cum flore mundum despicias
Cito ruiturum,
Fructum vitae colligis
Semper permansurum.

2. Circa dona caelestia
Occupatus assidue,
Mellifluis saporibus
Est refectus hodie.
3. Post carnis exitia
Ad caeli palatia
Liber a miseria
Transivit cum gloria.
- Responsoria.
1. Fulgentes radii
meritorum praesulsi almi
Mundum laetificant,
dant gaudia, tristia curant,
Caelica nunc supra
cui plaudant agmina laeta,
- V. Felix angelica
dotatur sorte beata.
2. Lux caecorum, vox mutorum,
Salus infirmantium,
Vas virtutum, decus morum,
Defensor humilium,
Per te nobis rex caelorum
Det caeleste praemium,
- V. Ut te duce vera luce
Perfruamur saecula,
Coronari et locari
Possimus cum gloria.
3. Templum fecit templi cultor
Honoris eximii,
Quo completo fine laeto
Cursum hujus saeculi
Consummavit et intravit
In gaudia Domini,
- V. Verus bonus summi regis
Pastor et patronus gregis
Cum laude multiplici.
- In Laudibus.
- Antiphonae.
1. Praesul almus hodie
Decorem induitus
Caelesti dulcedine
Laetatur imbutus.
2. Omnis terra jubilet,
Laeta laudes intonet
Et nobiscum concrepet
Dicens: Alleluia.
3. Ad te de luce, Dominus,
Guido vigilavit,
Deserta mundi fugiens
te solum amavit.
4. Caelum, terra, maria
Deum venerantes
Benedicunt per saecula
Hosanna clamantes.
5. Plebs laudat angelica
In festo Guidonis
Unum in essentia,
Trinum in personis.
- Ad Benedictus.
- A. Benedictus Dominus,
Qui nos visitavit
Providens hominibus
Pastorem donavit,
Qui lupos ab ovibus
Potenter fugavit,
Nos clamoris vocibus,
Ut cum caeli civibus
Simus in caelestibus,
Sedule vocavit.
- In 2. Vesperis.
- Ad Magnificat.
- A. Inclita sanctissimi
Guidonis sollemnia
Suscipiat alacriter
Pia mater ecclesia;
Ave, decus Aquensium,
Ave, corona praesulum,
Obtine nobis gaudia,
Quae possides in gloria.

Ex Legendario ms. Aquensi saec. 14. J. B. Moriendus, Monumenta Aquensia. Taurini 1790 p. 104 sqq. — Die ganze erste und die halbe zweite Nocturn sind prosaisch abgefasst; mit den Responsorien der letztern kehrt das Officium zum gebundenen Stil zurück. — In 1. Vesp. Sup. Ps. A, 5 preces. — In 3. Noct. A 2, 1 fehlen zwei Silben; dona ergänzt. — Die drei Hymnen des Officiums Anal. XXII, 119 sqq.

78. De sancto Herculanó.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

Perusina
laetare civitas,
Diem festum
colens in gaudio,
Quem sacravit
Syra societas
Herculaní
sacro martyrio.
Omnis culpae
cesset occasio,
Regnet in te
fides, spes, caritas,
Norma vitae,
morum frugalitas,
Divinorum
pia devotio.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christo, vero salvatori,
Psallat plausus hujus chori,
Qui per poenas Herculananum
Caeli vexit ad arcanum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dum teneret
orbis imperium
Justinianus,
cultur fidelium,
Herculanus
relinquens Syriam
Dei ductu
venit in Tusciām.

2. Fratrum coetus
una cum patruo
Curam dantes
amori mutuo
Praedicabant
in Romae finibus
Christi fidem
turbis gentilibus.
3. Hic attingens
oras Perusii
Spe divini
fultus auxili
Fortes monens,
ne fides excidat,
Et infirmos
doctrina solidat.

Responsoria.

1. Debacchante
congressu Totilae,
Dum septennis
esset obsidio,
Ruit urbis
munimen debile,
Captivatum
famis naufragio;
Herculanus
regis imperio
Ferro collum
supponit humile;
- V. Fit conclusorum
caedes non pauca virorum.
2. Inexpleta
regis malitia
Velli jubet
a tergo trophium,
Herculanus
Christi fit hostia,

- Vitae sumens
hac morte bravium,
Cujus caput,
 corpus et corium
Lictor extra
 projicit moenia.
V. Gaudia mansura
 dedit illi passio dura.
3. Venerandas
 tollunt reliquias
Quidam sancto
 faventes praesuli,
Locis suis
 aptant minutias
Festivantes
 ad locum tumuli,
Cum quo membra
 defuncti parvuli
Collocantes
 agunt exsequias ;
V. Qui vitium nescit,
 tutus post fata quiescit.
- Pupillorum
 tutor laudabilis,
Suas large
 dispergens copias
Egenorum
 pellit inedias.
- Responsoria.
1. Restitutis
 in urbe civibus
Summo sanctum
 requirunt studio,
Sed non parent
 in ejus carnibus
Cicatrices
 aut ulla laesio,
Fit membrorum
 sana conjunctio,
Puer tantum
 scatebat vermis.
V. Noscitur ex isto
 defunctus vivere Christo.
2. Palestini
 montis vocabulum
Tenet sacer
 locus calvariae,
Hic secundo
 sumpserunt tumulum
Transportatae
 sanctae reliquiae,
Hunc divinae
 majestas gratiae
Cephae Petro
 sacravit loculum ;
V. Adfuit hic genti
 defensio multa petenti.
3. Rogerius,
 antistes nobilis,
Herculanum
 ubi restituit,
Aram struens
 caementi stabilis,
In qua sacrum
 corpus accubuit,
Et super hanc
 fundare studuit
- In 2. Nocturno.
Antiphonae.
1. Herculanus
 dum docet populum,
Sacrae fundens
 scripturae poculum,
In pastorem
 urbis eligitur,
Cunctis placens
 cunctis praeficitur.
2. Tanti munus
 adeptus apicis
Digne gessit
 opus pontificis,
Clerum docens
 normam theoricam,
Plebem vocans
 ad vitam practicam.
3. Viduarum
 consultor utilis,

- Aram Deo
formae laudabilis;
V. Dat bona non parce
martyr, qui praesidet arcae.
- In 3. Nocturno.
Antiphonae.
1. Macerata
carne jejuniis
Insistebat
crebris vigiliis
Et multorum
studens profectui
Subigebat
corpus spiritui.
2. Fana frangens
purgat dioecesin,
Detestandam
suggillans haeresin,
Fert in castra
ritus catholicos,
Vanos probans
errores ethnicos.
3. Declaratur
in sancto veritas,
Qua loquente
nitescit falsitas,
Tota passim
laetatur regio
Sancti viri
parens arbitrio.
- Responsoria.
1. In mammilla
torquetur femina,
Dolos hostis
experta callidi,
Calet humor,
sed medicamina
Nihil prosunt
fomenti frigidi,
Donec manus
medentis providi
De supernis
confert juvamina;
- V. Gratia lenivit,
quod homo lenire nequivit.
2. Aeger quidam
siccatis genibus
Laborabat
nervorum vitio,
Sese ferens
subnixis manibus
Sacrae domus
haesit in ostio;
Ibi pii
patris subsidio
Convalescit
receptis viribus;
V. Exsiliens igitur
laetus virtute potitur.
- In Laudibus.
Antiphonae.
1. Regnat cum Domino
martyr eximus,
Virtutum balteo
praecinctus fortius,
Tradens martyrio
corpus passibile,
Jam victor exprobat
luctores Totilae.
2. Optata caelitus
fretus Victoria
Datori jubilat
jugi laetitia,
Secure subiens
portas refugii
Cacumen possidet
vitalis gaudii.
3. Vigilanter
currens ad lauream
Ensi molem
supponit carneam,
Felix martyrium
praecedit lacrima,
Per quam pinguedine
repletur anima.

4. *Trinus unus*
incommutabilis
Est per saecula
Deus laudabilis,
Qui probatum
per patientiam
Herculanum
traxit ad gloriam.

5. *Collaudetur*
internus arbiter
Reddens cuique
digna fideliter,
Regens, domans
vinculis ferreis
Et tyrannos
catenis igneis.

Ad Benedictus.

A. *Praedicanda*
Christi benignitas
Justum duxit
ad regna caelica,
Vices illi
rependens meritas
Et augmentans
manu mirifica;
Ubi phalanx
gaudens angelica,

Antiph. ms. Perusinum saec. 15. Cod. Capit. Perusini 39. — In
2. Noct. B 3, 8 occubuit. — In Laud. Ad Bened. A, 7 sq. augmentas
manus. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 9 fehlt eine Silbe; ut ergänzt. —
Hymnen Anal. XXII, 121 sq.

*Ubi pollet
sanctorum claritas,
Ubi regnat
perfecta veritas,
Trinus Deus
majestas unica.*

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O tuorum
custos fidelium,
Herculane,
pastor et domine,
Da virtutem,
succide vitium,
Serva tuos
ab omni crimine,
Ut subtracto
carnis spiramine
Transeamus
ad vitae gaudium,
Contemplantes
patrem et filium
Conregnantem
cum sacro flamine.

79. De sancto Januario.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. *Januarius inclitam*
Vitam gerens, dum semitam
Christi regis prosequitur,
Urbis tunc Beneventanae
Sancte multum et humane
Dignus praesul eligitur.
2. *Pollens claris miraculis*
Cunctis donabat populis
Fidem veram servantibus

Debilibus remedia
Infectisque praesidia
Sibi coram adstantibus.

3. *Constanter Christum praedicans*
Et ore nunquam denegans
Portatur coram praeside,
Blande eum adhortatur,
Sed audire dedignatur
Sectae conjungi perfidae.
4. *Praeses contemptus cogitat*
Et poenas omnes indagat
Tandemque alnum prae-
sulem

Crudeli ferae subicit
Et sanum stare conspicit
A dira morte exsulem.

5. Laudes mente humili
Agit divino numini
Degens in flamma ignium,
Qua protexit incolumem
Eiusque nomen celebre
Fecit creator omnium.

Ad Magnificat.

- A. Exulta, plebs fidelium,
Pete patris auxilium,
Ut semper magis floreat
Nec casum malum horreat
Urbs Neapolitana,
Sed spiritu proficiat
Et mortis actum nesciat;
Vitet taetrum exsilium
Dei videndo filium
Ecclesia Romana.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Regis sanctorum Domini
Adoremus imperium,
In flamma ignis clibani
Servantis Januarium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Beatus martyr Dominum
Corde semper oravit,
Praesens spernendo saeculum
Tyrannum superavit.
2. Quare miser non cogitas,
Thimotheo dicebat,
Ut vites poenas debitas,
Et fidem suadebat.
3. Domine, oro inspice
Hoc durum tormentum,
Animam tu recipe
Et corpus elementum.

Responsoria.

1. Januarius Dominum
Mente constanti confitens
Triumphavit perenniter,
Factorem esse omnium,
Tyrannum nunquam rever-
rens,
Coronatur sollemniter;
V. Mortem subit intrepidus
Confessor Christi providus,
Polum intrat celeriter.
2. Deductus coram praeside
Suis ministris imperat,
Ut fornacem accendant,
Ad ignem gentis perfidae
Mente libenti properat,
Ut sic omnes perpendant,
V. Quod in flamma jam jactato
Angelis in se beato
Pariter Deum commen-
dant.
3. Sanctus feris exponitur,
Ut Christum ore deneget
Coram adspectu populi,
In nullo prorsus laeditur,
Fidei perfecte retinet,
Grates superno praesuli
V. Dignas devote obtulit,
Ob hoc, quod sibi contulit
Bona futuri saeculi.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Invocantem, summe Deus,
Exaudiisti me clementer,
Factus es protector meus,
Poenas sustuli potenter.
2. Verba protuli dulcoris,
Ut fidelis Christianus,
Sed in poculum doloris
In me vertit vir profanus.
3. Admirandum nomen tuum
In conspectu populorum,
Meum cor servavi purum
Comes factus beatorum.

Responsoria.

1. Vesuvius mons nimium
Igne concrematur,
Timens, ne in devium
Flamma protendatur,
Exorat Januarium,
Ut cito extinguitur,
- V. Plebs vicina civium,
Oppressa mole cinerum
Dira molestatur.
2. Fulgens habitu splendido
Nocte apparuisti,
Florentinum in lectulo
Manu apprehendisti,
Signans, quod in avido
Honore provexisti,
- V. Orationi dedito
Inducto nutu caelico
Clemens annuisti.
3. Defunctum natum anxie
Mater deploravit,
In praesulis effigie
Mox ut mensuravit,
Pater misericordiae
Eum suscitavit,
- V. Subveniret miseriae
Ejas afflictae viduae,
Dolens exoravit.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Spondens tua bonitate
Viro probo canopaeum,
Sibi dedi indilate
Post abscissum caput meum.
2. Ductus es in altum locum,
Ubi vitam finivisti,
Neque digitum amotum
Deperire permisisti.
3. In virtute exultabo
Praedicando verbum Dei,
Hymnum laudis post cantabo
Consolamen cordis mei.

Responsoria.

1. Extinctus erat clericus
Sopori mortis deditus,
Adsistit chorus cleri,
Suscitavit clementius,
Crescens et Innocentius
Testes sunt hujus rei;
- V. Adveniens ut medicus
Palpavit Januarius
Virtute summi Dei.
2. Insignis vir Gregorius
Confectus jam doloribus
Praeerat Capuanae
Urbi tribunus, dominus
Sepulchrum cum militibus
Petebat non inane;
- V. Sanatum Januarius
Reddit palam in gentibus
Languentem inhumane.
3. Orientales populi
Currentes mente humili
Oppressi praegravantur,
Virtute Januarii
Suo succurri vulneri
Devote precabantur,
- V. Sed et caecorum lumini,
Membrorum loco debili
Remedia donantur.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Martyr Deo deditus
In fine sui exitus
Fidem nunquam negavit,
Testans, quod in perpetuum
Christus, creator omnium,
Ut dominus regnavit.
2. Sanctos sibi consocios
Velut filios proprios
Amplexens caritate,
Eis pie suadebat:
Hortans etiam docebat:
Deo semper jubilate.

3. In fornace dum jactatur,
Sanctus statim liberatur,
Stupet nimis Thimotheus,
Non oblitus cogitare,
Ore etiam clamare:
Sancte Deus, Deus meus.
4. Verba sancti pontificis
Lingua pravi carnificis
Dicit delira somnia,
Clamat dum non per alium,
Seni dedit orarium:
Benedicite, omnia.
5. Signum fecit Danielis
Praesul magnus et fidelis
Coram adspectu omnium,
Mites ferae cucurrerunt,
Pedes ejus dum linixerunt,
Omnes, laudate Dominum.

Ad Benedictus.

- A. Laetare, pastor optime,
Et nos a malo redime

Brev. ms. S. Clarae Neapolit. saec. 14. Cod. Casanaten. B III 5. add.
saec. 15. A. — Offic. ms. S. Januarii saec. 16. Cod. Neapolitan. VI E
18. B. — Propr. Neapolitanum imp. Neapoli 1525. C. — In 1. Noct. R 2, 9
commendent C. — In 2. Noct. A 2, 3 in fehlt C. — R 1, 1 Vesuvii C,
Vesubeus B, Wesuveus A. — R 2 und 3 sind in BC Reimprosa, wahrscheinlich
aus einem älteren Officium entlehnt. Sie stören auch den Faden, da die RR
der 2. und 3. Nocturn Wunder behandeln. — In 3. Noct. R 1 Prosa in BC;
beide Hss. haben in dieser Noct. 6 Antiphonen, nämlich noch R 2 und 3 der
2. Noct. — R 3, 6 Eorum succurri AC, Et eorum B. — In Laud. A 1, 6
fehlt eine Silbe; ut ergänzt. — A 4, 3 delirans omnia C, deliras omnia B. —
Hymnen cfr. Anal. XXII, 135 sq.

80. De sancto Januario.

„Aliud officium“.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. De torrente in via bibit
Caput exaltans proprium,
Dum furens lictor hoc praecidit
Per passionis gladium.
2. Memoriam cum gaudio
Nobis Christus amabilis

Omnisque actus mentium
Conserva hic sistentium
In caritate uimia,
Ut pace bona gaudeant,
Rancorem pravum odiant
Christoque laudes dicere
Et postea conspicere
Possint superna limina.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Salve, defensor patriae,
Gaudens triumpho gloriae,
Nitens ut gemma praesulum,
Alnum concede exitum,
Januari sanctissime,
Ut in supremo culmine
Vero possimus lumine
Nostrum perenne praemium,
Deum auctorem omnium,
Contemplari clarissime.

- Fecit, in Januario
Inventus admirabilis.
3. Potens in terra cernitur,
Sicut ait psalmista,
Pro Christo dum efficitur
Martyr et agonista.
4. Laudate Christum Dominum,
O pueri cum senibus,
Laudate Januarium
In vespertinis laudibus.

5. Laudate regem omnium,
Omnes gentes et populi,
Invocantes praesidum
Athletae Januarii.

Ad Magnificat.

A. Magnifica, Neapolis,
Christum in Januario,
Quae corpus tanti praesulii
Tuo servas armario,
Coronatur martyrio,
Novis fulgens miraculis
Veneratur a populis,
Caeli translatus gaudio
Ipse nos Dei filio
Votis commendet sedulis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Surgentem cum victoria
Laudemus Dei filium,
Qui cum triumphi gloria
Coronat Januarium.

Ad Nocturnum.

Antiphonae.

1. Tamquam lignum complantatum
Secus aquas decurrentes
Fructum dedit Deo gratum
Convertendo caecas mentes.
2. Rex et martyr sum a Deo
Super Sion constitutus,
A quo in agone meo
Nunquam fui destitutus.
3. Adversantem sancto tuo
Caecitate percussisti,
Ursos a furore suo
Velut agnos effecisti.

Responsoria.

1. Ante tribunal praesidis
Nolam deductus pontifex
Fide nunquam turbatur,
Mandat ministris perfidis
Furens vesanus carnifex,
Quod fornax succendatur;

- V. Igne manens ut in rore
Sacro Christum laudat ore
Confessor invictissimus.
2. Danieli fit similis,
Dum pro zelo justitiae
Pastor ursis exponitur,
Probatur admirabilis
Virtus suae constantiae,
Cum a feris non laeditur;
- V. Intrat, adstat intrepidus
Athleta fide fervidus,
Scuto protectus fidei.
3. Certamen init ultimum
Crucem in fronte perferens
Summi regis vexillifer,
In Christo firmat animum
Lictori caput offerens,
Coronandus perenniter.
- V. Carnis spernit interitum,
Deo commendans spiritum
Athleta constantissimus.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Parata Januario
Sedes est in excelsa,
Mortem pro Dei filio
Incunctanter amplexo.
2. Jubilate Deo, populi,
In exultationibus,
Jubilate tanto praesuli
In matutinis laudibus.
3. Sitivit mens et anima
Ad Deum vivum jugiter,
Caro tulit certamina
Afficta multipliciter.
4. In fornace laudat Deum
More trium puerorum,
Ardor non contingit eum,
Turbae stupent populorum.
5. Christum Dominum de caelis
Mente laudemus humili,
Qui virtutem Danielis
Dat inter ursos praesuli.

Ad Benedictus.

A. Benedictus
 pater cum filio,
 Benedictus
 sit sanctus spiritus,
 Benedictus
 martyr in proelio,
 In quo factus
 est vicit inclitus;
 Vicit carnem,
 vicit diabolum,
 Vicit dura
 tormenta praesidis,
 Praeses spernens
 pro Christo saeculum

Coronatur
 gemmis praefulgidis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Magnam fecit potentiam
 Deus in Januario,
 Timothei dementiam
 Forti disperdens brachio,
 Superbientem deicit
 Crucianum in inferis,
 Sanctum ad caelos provehit
 Coronandum in superis.

Propri. Neapolitanum imp. Neapoli 1525. — Die zugehörigen drei Hymnen
 Anal. XXII, 137 sq.

81. De sancto Imerio.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Psallat hac sincerius
 Die plebs fidelis,
 Qua pater Imerius
 Natus est in caelis.
 2. Dum esset in corpore,
 Christum est secutus,
 In primaevō tempore
 Sacrī institutus.
 3. Quamquam tractus gesserit
 Praesulatus curam,
 Nunquam tamen deserit
 Mentem Deo puram.
 4. Mundum a contagio
 Mundi se servavit
 Et caeli collegio
 Sese coaptavit.
 5. Carnis clausus carcere
 Dissolvi cupivit
 Et cum Christo vivere,
 Cum quo modo vivit.

 Ad Magnificat.
- Magnificat Imerium
 Lux verae sapientiae,

Decor virtutum omnium,
 Thesaurus Christi gratiae.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Inclitus Imerius
 Parvulus aetate
 Vir erat jam validus
 Mentis probitate.
2. Natus ex Abruzzia
 Fuit hic beatus,
 Puritatis gratia
 Digne sic vocatus.
3. Christi famulatui
 Totus inhaerebat
 Et doctrinae cultui
 Vigil intendebat.

Responsoria.

1. Superno docta lumine
 Cremona dirigatur,
 Cordis absque velamine
 Christo confiteatur,
 Per quem tanto munimine
 Protectus roboratur.

- V. Almi patris Imerii,
Confessoris egregii,
Dum honore dicatur.
2. Ab aetatis
prima cunabulis
Literarum
imbutus studiis,
Dat se sacris
totum oraculis,
Voluptatis
liber a vitiis,
- V. Mundi pompas
vitans attentius
Homo Dei
sanctus Imerius.
3. Beatus vir Imerius,
Serviret ut liberius
Deo majori vita,
Maris in quadam insula
Per annorum curricula
Vixit anachorita,
- V. Ubi cordis in gaudio
Angelico tripudio
Proficiebat ita.

In 2. Nocturno.
Antiphonae.

1. Imerius rem nomini,
Quod purus explanatur,
Jungens antistes Domini
Pure conversabatur.
2. Quidquid habere potuit
Humanae facultatis,
Pauperibus distribuit
Amator paupertatis.
3. In praedicandi gratia
Vir sanctus eminebat,
Quem virtus et scientia
Perfectum exhibebat.

Responsoria.

1. Utebatur
agresti pabulo
Vir futurus
pastor in populo,
Crucifixus
impuro saeculo

- Cohaereret
ut Christo sedulo.
- V. Caelesti curiae
jungi promeruit,
Qui carnis gloriae
florem exaruit.
2. Ingressus urbem Meliam,
Suo pastore viduam,
Dum precibus instatur,
Plebi per Dei gratiam
Dignus ad sacram infulam
Vir sanctus revelatur;
- V. Sic in domo deifica,
Cunctis ut sit lucififica
Lucerna, sublimatur.
3. Transit tandem
pastor ad pascua
Carnis morte
caeli conspicua.
Jesu pie,
nos per Imerium
In caeleste
duc refectorium;
- V. Te cupivit,
dilexit, docuit,
Prosit nobis,
ut tibi placuit.

In 3. Nocturno.
Antiphonae.

1. Condolebat pater
Pressis pauperie
Sicut pia mater
Nati miseriae.
2. Revelatur sancto
Divino spiritu
Hora, qua de mundo
Migravit obitu.
3. Circa congregatis
Pastorem ovibus
Caeli cum beatis
Triumphat civibus.

Responsoria.

1. O rem dignam, quam fecisti
Sacris, Imeri, laudibus,

Dum Cremonae tribuisti
Te protectorem civibus,
Nobis ergo, praesul Christi,
Tuis succurre precibus;
V. Tu qui mundo claruisti
Doctrinis et virtutibus,
Adsis, pater, choro isti,
Totis clamant viribus.
2. Felix Brixia,
Quae natum genuit,
Plus tamen Melia,
Quae patrem habuit,
Ad haec per omnia
Cremona floruit,
Quae sanctum tenuit;
V. Imeri caelice,
Christo nos socia,
Per quem magnifice
Splendet ecclesia.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Laudis Deo sonorjus
Plena vox offeratur,
Per quem praesul Imerius
In caelo coronatur.
2. Hic sermone mellifluus
Totum, quod praedicabat,
Primum in se vir strenuus
Exemplo demonstrabat.
3. Alnum quisquis hunc adiit
Adversis occupatus,

Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Oxonien. Miscell. Liturg. 165. — In 1. Vesp. A 2, 3 Primerio tempore. — In 1. Noct. A 1, 2 Parvus aetate. — In 3. Noct. B 1, 9 fehlen zwei Silben; pater ergänzt. — In Laud. ad Ben. A, 1 Salva. — Ibid. 8 sis nobis et.

Ovans adversa rediit
Ad sua consolatus.
4. Divinus per Imerium
Cultus erigebatur,
Et daemonis imperium
Omnino fugabatur.
5. Collaudet omnis spiritus
Hac die sacra Deum,
Qua confessor hic inclitus
Assumptus est ad eum.

Ad Benedictus.
A. Salve, decus
omnis ecclesiae,
Cremonensis
clara lux patriae,
O confessor
Imeri, gratiae
Intercessor
nobis et veniae.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O pastor egregie,
Lucerna decora,
Speculum munditiae,
Vox Christi sonora,
Verae poenitentiae
Spatium implora,
Roganti familiae
Mortis adstans hora.

82. De s. Leone Catanensi.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Completis sacris
discessit praesul ab ara
Atque magum retinens
subito conjecit in ignem.

2. Firmatus fidei
scuto simulacra deorum
Vertit et in minimas
confregit singula partes.
3. Jam magicos ritus
Siculis Leo praesul ab oris

Expulit et Christi
docuit celebrare triumphos.

4. Urbs praeclara suo
Catanensis rite Leoni
Plaudat, ut afflictis
habeat munimina rebus.
5. Clara igitur geminis
nunc urbs fulcitur alumnis,
Inde colens Agathes,
illinc sacra festa Leonis.

Ad Magnificat.

- A. Hodie beatus Leo
Post labores et pressuras,
Post mundanae vitae curas
Caelesti sedet solio.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Praesul's alma patris
celebremus festa Leonis,
Qui magicas penitus
delevit providus artes.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Laetemur omnes in hac die,
Qua beatus praesul Leo

Brev. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1527. — Die übrigen Teile des Officiums sind prosaisch. — In 1. Vesp. A 4, 2 vte. — A 5, 3 Inde colun (sic). — Siehe die Hymnen Anal. XXII, 160 sq.

83. De s. Marco de Bivino.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Caelestis nunc ecclesia
Nova sumat tripudia,
Gaudens de Marco filio
In caeli nato gremio.
2. Qui praeclarus ut lucerna
Regna tenet sempiterna,
Sanctis angelis conjunctus
Gratulatur Deo functus.

Contemplatur mentis acie
Junctus trino et uni Deo.

2. Post mundanae vitae curas
Caeli potitur gaudio,
Post labores et pressuras
Veri solis calet radio.
3. Consolator miserorum,
Gregis pastor providus
Levat onere laborum
Cunctos mente fervidus.
4. Migrans ex mundo naufrago
Transivit ad caelestia,
Brevi clausus sarcophago
Reliquit mundi tristia.
5. Nunc in aeternum vivit
Consors caelorum civibus,
Quae nec unquam auris audivit,
Bona tenet cum patribus.

Ad Benedictus.

- A. Inclite perpetuis
praesul celebrande trium-
phis,
Nos miseros precibus
commenda rite tonanti,
Ut tandem aethereas
valeamus scandere sedes.

3. O confessor Christi Marce,
Gaudens decus jam in arce,
Audi preces clericorum
Tibi, pater, devotorum.
4. Adesto tuis famulis,
Quibus mens exstat humilis,
Ipsis acquire praemia
Pro laudibus sublimia.
5. Concurrunt juncti singuli,
Magni simul et paryuli,

Corde devoto supplices,
Suos flexuri poplites,
Tuas prompti reliquias
Honorare sanctissimas.

Ad Magnificat.

A. Gaudie, decus confessorum,
Pie pater clericorum,
Cujus merita fulserunt
Mundum decorantia,
Dirige nunc iter morum
Ad fastigia caelorum,
Qui firmati constiterant
Stabili potentia.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Eja, pervigiles
Domino jubilate, fideles,
Laudes pentarcho
devoti solvite Marco.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. In Ecana civitate
Fuerat Constantius,
Cujus plenus sanctitate
Marcus erat filius.
2. Qui dedicatus studio,
Praemunitus ingenio,
Quidquid aure capiebat,
Corde memor retinebat.
3. Et ut terra fructifera
Centena profert gen'na,
Sic hic in patientia
Doctrinae captat praemia.

Responsoria.

1. Hic crescebat in timore
Dei semper et amore,
Fama suae bonitatis
Cunctis erat nota satis,

- V. Proferens idoneum
De Marco testimonium.
2. Orbatus patre Constantio
Et Christi fixus servitio
Egenis manu libera
Sua spargebat munera,
- V. Usuram sibi
putans pro munere reddi.
3. Cum puellis habitabat
Carnis mundus macula,
Sanctae menti serviebat
Caro sancta famula
Nec rebellis calcitrabat,
Quam jejunans macerat;
- V. Territa flagello
non vult subesse duello.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quem antistes asserebat
Aptum vitae praemio,
Hic indignum se dicebat
Tanto presbyterio.
2. Ornatus sacerdotio
Ab aris abstinuit,
Hujus sancti devotione
Dabat, quo pauper eguit.
3. Excitantur contra sanctum
Duo bilingues clerici,
Diffamantes virum tautum
Epistolis maledici.

Responsoria.

1. Vocatus a pontifice
Accessit confidenter,
Auditu laudis caelicæ
Tunc claruit patenter
Non foedatus puellarum
Tactu sibi conjunctarum.
- V. Hora matutina
Praesensit cantica divina.

2. Dum cum aemulis pergebat
Ad Johannem praesulem,
Sitis arida tenebat
Pravum Aristotelem,

Damula sitim tollebat,
Lac dum ubere fluebat;
V. Bibit Aristoteles,
Vires redduntur fertiles.

Brev. ms. Trojanum saec. 15. Cod. Neapolitan. VI E 16. — Das Weitere ist leider weggerissen; die Hymnen Anal. XXII, 179 sq.

84. De sancto Martiano.

In 1. Vesperis.

Super Psalms.

A. Ex quo venit Syracusas
praesul Martianus,
Cessit loco vitiorum
conventus insanus,
Cessit idolorum cultus,
cessit honor vanus,
Signo crucis propulsatur
spiritus profanus.

Ad Magnificat.

A. Gloriosi Martiani
redeunt sollemnia,
Psallat chorus, sonet hymnus,
concrepet melodia,
Ad triumphum tanti patris
confluat ecclesia,
Laudes promat et erumpat
in festiva gaudia.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Exsultemus Deo patri
spiritus concordia,
Qui in terris Martianum
praesulari gratia
Et in caelis consecravit
immortali gloria.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Urbs laetare Syracusa
laudibus uberrima,
Praesulatu Martiani
facta celeberrima.

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

2. Plaude manu, psalle voce
Hujus in paeonia,
Verbo cuius te adornant
fidei mysteria.

3. Fonte sacro te permundat,
tabes cedit squalida,
Nam squalorem in decorem
stola mutat candida.

Responsoria.

1. Martianus de patre Deum,
de lumine lumen
Testatur Christum,
detestans futile numen,
V. Pellit lux tenebras,
idola vera fides.
2. Martianus fudit
liquidum de pectore flumen,
Scripturas reserans
evangeliique volumen,
V. Pascit caelesti
nectare pastor oves.
3. Praesul's officio
vigil insudat, simulacra
Vana jecit signis,
confirmat dogmata sacra;
V. Hortari ratio,
cogere signa solent.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Jam erumpit lux accensa
Igne sancti spiritus,
Jam elucet flammea globus
Supra montem positus.

2. Claret cunctis vir caelestis
Soli Deo deditus,
Non lucere nescit dies
nulla nube obsitus.

3. Eroganda quae suscepit,
verbi Dei semina
Late spargit, sparsa rigant
paradisi flumina.

Responsoria.

1. Stabat imago nitens
cultu celeberrima plebi,
Urbis relligio
praesignis, nomine Phoebi,
V. Corruit in praeceps
praesul's illa prece.

2. Monstra, dira lues,
signum letale liquescit,
Hostili casu
victoris gloria crescit,

V. Virtutis carpit
praemia livor edax.

3. Pontifices clamant,
plebs debacchatur inanis,
Ira crudescit
furiis agitata profanis,
V. Immeritum damnat
noxia turba caput.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ad usuram dum commissa
traditur pecunia,
Duplicata reportantur
talenti commercia.
2. Miles Christi quibus certat,
arma sunt siderea,
Scutum fides, mucro verbum,
salus est pro galea.
3. Pugnam agit, palmam sperat,
numerat stipendia,
Post laborem quae meretur
fidei victoria.

Responsoria.

1. Stat praesul virtute potens,
sermone modestus,
Excipit incursus
et plebis sustinet aestus,
V. Nescit in adversis
cedere vera fides.
2. Additis poenis
in portum praecipitatur,
Desuper immittunt
ignem, sed retrogradatur,
V. Victorisque vices,
qui reddit, ignis agit.
3. Permanet invictus
populum vincendo malignum,
Pro gladio gestans
crucifixi nobile signum,
V. Gestit praeco crucis
pro cruce ferre crucem.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Dum aeternae viam vitae
docet vir eximius,
Credunt viri consulares
Leucus et Gordius.
2. Signo crucis curat aegros,
effugat daemonia,
Et imago salvatoris
salutis dat remedia.
3. Friget error, fervet fides,
silet idolatria,
In Diana formam structa
corruit Artemia.
4. Benedicant patrem rerum
caelum, terrae, maria,
In quo vicit Martianus
aquas et incendia.
5. Laus jucunda salvatori
resonet per saecula,
Per quem florent Martiani
praesul's miracula.

Ad Benedictus.

- A. Admiranda Martiani
praefulgens magnalia,
Cujus lingua ros caelestis,
fons conditus gratia,
Cujus pectus vas virtutis,
plenum sapientia;
Tanto patri commendetur
praesens haec familia.

Brev. Gallicano-Siculum imp. Ventiis 1527. — In 1. Noct. R 3, 2 per vigil. — In 3. Noct. R 2, 4 retrograditur. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 7 converte.

85. In Translatione s. Matthaei.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Matthaeus voce Domini
Lucrum spernens thelonie,
Indis verbo et opere,
Salerni fulsit corpore.
 2. Indis ablatus caelitus,
Lucanis degens finibus,
Quandam monebat vetulam,
Quam gravis sopor presserat:
 3. Hortare, mater, filium,
Totis accingi nisibus,
Fragmenta nostri corporis
Tectis requirat loculis.
 4. Mercibus ante reus
Christo clamante Matthaeus,
His recubo terris,
spinis contectus et herbis.
 5. Verba tunc matris
monachus benigne
Captat et ferrum
manibus retentans
Ad locum pergit
sibi destinatum,
Vellere sentes.
- Ad Magnificat.

- A. Dispicit Indis,
contemptis inde Britannis,
Nunc rutilat nobis
illorum ductus ab oris.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Praesul ave Martiane,
praesulare speculum,
Ave, pater, forma morum,
virtutis signaculum,
Confer opem, spem largire,
pietatis oculum
In nos verte, nos conserva,
hunc tuere populum.

Brev. Gallicano-Siculum imp. Ventiis 1527. — In 1. Noct. R 3, 2 per vigil. — In 3. Noct. R 2, 4 retrograditur. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 7 converte.

Ad Processionem.

Antiphona.

- Noster in aeternum,
Matthaei, tuere Salernum,
Ac stabuli famulos
protege sede tuos;
Te dederas nobis
variis translatus ab oris,
Semper ut hic habites,
nos tibi fac habiles.

Ad Vigilias.

Antiphonae.

1. Comperto sacro
fragmine corporis
Cunctanti matri
nuntiat impiger,
Tollat nunc, mater,
pectore quod pio
Mandaras nato
quaerere concite.
2. Fama benigne redolens
Salerni complet moenia,
Cives ocios advolant,
Sanctas vehunt reliquias.
3. Vino redundans vasculum
Prius ostensem aridum
Evangelistae merito
Haustum cunctis exhibuit.

Responsoria.

1. Alma dies mundum
 bis senis purpurat horis,
 Per quas eicitur
 noctis caligo profunda,
V. Alma dies Deus est,
 fulget Matthaeus in horis.

2. Te geminatus apex
 praebet, Matthae, colen-
 dum,
 Nobis invicti
 per quem patet actio Christi;
V. Egregius tutor,
 tua festa colentibus adsis.

Brev. ms. Salernitanum saec. 15. Cod. Capit. Salern. s. n. A. — Brev. Salernitanum imp. Neapoli 1542. B. — Propr. Salernitanum. imp. Neapoli 1594. C. — Vor der Ant. ad processionem: „Oratione finita descendat archiepiscopus cum episcopis et abbatibus et clericis processionaliter in cryptam beati Matthei cantando hanc Antiphonam.“ A. — Vor der Vigil: „In sero autem cantandae sunt Vigiliae in quibus non est dicendum Invitatorium, sed primo pronuntianda est Antiphona.“ — Zur Matutin wiederholt sich die erste Ant. und beide Resp.; das übrige ist prosaisch. — Verfasser dieses Officiums dürfte wohl Alphanus von Salerno sein, in dessen Zeit die Translation fällt und dessen Schreibart das Officium verrät.

86. De ss. Maximo, Juliano, Felicitate et Innocentio.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Alme pater confessorum,
 In caterva fultus morum,
 Praesul digne Patavorum,
 Advocatus tu es quorum,
 O beate Maxime.

2. Incliti sunt bellatores
 Sancti Dei innocentes,
 Stolas suas abluentes
 In sanguine sunt sequentes,
 Agnus sine macula.

3. Egregie ensis lator,
 Christi miles, propagator
 Veritatis, conservator
 Nostrae pugnae, tu pugnator
 Pro nobis, Juliane.

4. Clara velut Felicitas
 Solis jubar et claritas,
 Beata cuius bonitas,
 Nos foveat sua sanctitas,
 Pro clero et interpellet.

R. O pia clementia
 nostri redemptoris,

- Sic nos beatificas
 munere decoris,
V. O celsa benignitas,
 caritas amoris.

- Ad Magnificat.
A. Clara dies laetitiae,
 Qua digna fit inventio
 Omnium sanctorum,
 Eorum prece sedula
 Nos duc ad caeli gaudia,
 Jesu, laus angelorum.

A d M a t u t i n u m .

Invitatorium.

- Regi regnorum
 Deo jubilemus,
 Qui sanctorum suorum
 nos laetificat
 inventione sollemni.

In 1. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Hi cum mulieribus
 non sunt coquininati,
 Caelo gaudent angelis
 Dei sociati.

2. Sociatus sanctis Dei
Maximus beatus
Vita fruitur aeterna
Caelis collocatus.
3. Collocatur Julianus
atrio sanctorum,
Spreto mundo digne vivit
vita beatorum.
4. Beatorum coetu gaudet
beata Felicitas,
Cujus placuit aeterno
sponso digna caritas.
5. Caritate decorati
Deo plaudunt coronati
Corona munditiae.
6. Corona justitiae,
venustate morum
Adstat regi gloriae
coetus hic sanctorum.

Responsoria.

1. Dulcis memoria
Digne recolitur,
Dum innocentia
Nobis proponitur
A patre lumen.
- V. Claret praeconium;
Dum innocentium
Adest inventio,
2. Forma justitiae,
Dilecte Domini,
Pastor egregie
Gregis dominici,
Spem dona veniae
- V. Nobis supplicibus,
Te venerantibus,
Beate Maxime.
3. Veri solis justitiae
Splendor illuxit hodie,
Coruscans luce gratiae
Julianus,
- V. Fulget in caelis gloriae,
Splendet in terrae limite
Vita clarus.

4. Gemma pudicitiae,
Gleba cuius hodie
Mundo revelatur,
Prece tua protege,
- V. Beata Felicitas,
Quos delicti gravitas
Gravat nec levatur.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Exsultent hodie
fideles populi,
Nam fit inventio
sanctorum Domini.
2. Sanctorum Domini
refulget gloria,
Quorum applausibus
plaudit ecclesia.
3. Plaudit ecclesia
digno paeconio,
Dum claret hodie
felix inventio.
4. Felix inventio
digne recolitur,
Dum sanctis Domini
laus vera canitur.
5. Laus vera canitur
in terra hodie,
Quibus et paeium
donatur gloriae.
6. Donatur gloriae
caelestis paeium,
His sanctis hodie
pacis in gaudium.

Responsoria.

1. Digna laudatio
fit innocentium,
Quorum laus inclita
laus fuit mentium,
- V. Tolle, Jesu, cor morientium
Pro te, rex gentium.

2. Praesul hic est Maximus
laude celsa dignus,
Pater hujus patriae,
mitis et benignus,
V. Nos per hunc suscipiat
celsi caeli sinus.
3. Sume preces, Juliane,
Civitatis Paduanae
Digne fusas hodie,
V. Gloriose mundi vitor,
Preces nostras suscipe.
4. Tu decus es munditiae,
Gloriosa Felicitas,
Per te nostra parvitas
Sit accepta Deo,
V. In aeternum gloriaris,
Sponsa Christi singularis,
In excelso caelo.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. In terra Domini
tenent duplia
Victis suppliciis
sumpta laetitia.

Responsoria.

1. O sacrum depositum
trium innocentum,
Quorum ad victoriam
fides est parentum,
Horum ferens spiritus
supra firmamentum,
V. Cohæredes Jesu Christi
fiunt in exemplum.
2. O beata Felicitas,
Cujus sic generositas
Placet regi caelorum,
Decus insigne morum,
V. Cara placensque caritas
Sodalis angelorum.
3. Ave, sidus aureum,
Juliane sancte,
Jubar solis fulgidum,
te patrocinante

- Nostra sit societas
cum summo regnante,
V. Mundi spreto tramite
Domino donante.
4. Felix mater ecclesia,
Quam Maximi clementia
Maxime decorat,
Cujus grata devotio,
Caelos scandens oratio
Pro nobis exorat,
V. O praecelsum depositum,
Quod supplex haec ecclesia
Tripudians honorat.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Laudibus innumeris
veneratur ecclesia
Diem Sanctorum Domini
devota cum laetitia.
2. Luce splendifica
splendent in aethere
Quondam inglorii
divino munere.
3. Sicut aurum approbati
Spretis mundi dapibus
Caelis gaudent collocati
Juncti caeli civibus.
4. Preces effundite,
dilecti Domino,
Pro cuncto supplici
nostro collegio.
5. Beati sancti Domini,
Qui spreto mundi gaudio
Divino plaudunt nomini.

Ad Benedictus.

- A. O mira benignitas
Domini caelorum,
Qui nos sic laetificat
gaudiis sanctorum
Et illos glorificat
vita beatorum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O caelum continens
rex potentissime,

Qui terram ponderas,
sanctorum agmine
Tu nobis conferas
te frui munere,
Quod sanctis tribuis
benignus hodie.

Brev. ms. S. Justinæ saec. 15. Cod. Univ. Patav. 441. A. — Proprietary
ms. S. Justinæ saec. 15/16. Cod. Univ. Patav. 702. B. — Brev. ms. S. Justinæ saec. 15.
Cod. Univ. Patav. 704. C. — Brev. ms. S. Justinæ saec. 15.
Cod. Univ. Patav. 1290. D. — In 1. Vesp. A 3, 3 Meritis conservator B. —
A 4, 4 tua sanctitas A. — In 1. Noct. A 1, 1 Hi sunt qui cum B. —
R 4, 3 Jam in mundo B. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 7 sanctis contulit
B. — Hiezu der Hymnus Aurea luce rutilat (Anal. XXII, 290 sq.).

87. De sancto Octaviano.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O quam magna procul
sequitur te pax fugientem,
Octaviane pater.

2. O populum felicem
te primum excipientem,
Incolumis nam te
praesule semper erit.

- V. Non arma, non equi dabunt
Securitatem gentibus,
Sed recta credentis fides
Piaeque justorum preces.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Octavianum hodie
Dominum qui dicit in astra,
Venite adoremus.

3. Non tua Diogenis
paupertas ambitiosa,
Octaviane, Deo
vivis, at ille sibi.
V. Quam stultus est contentus is,
Qui laude mundi penditur,
Ait Joannes gentibus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Senos una ratis
sanctos ad litora vexit.
2. Ex Afris totidem
fulserunt sidera nobis.
3. Cunctantur metuuntque viri
surgente procella.

Responsoria.

1. Venisti patriae
longe de finibus exsul
Naufragus ac pauper
litora nostra petens;
V. Nihil timet qui reicit
Se in eum, qui salvum facit
A tempestate spiritum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Te tandem incolumem
nobis tulit alta potestas.
2. Octaviane, procul
reliquis deserta petisti.
3. Laetus in angusto
Domino comitante latebas.

Responsoria.

1. Avia quod peteres
mundi desertor iniqui,
Jugens te Christi
sollicitavit amor;

- V. Quam dulce, conscientiae
Nullis premi jam morsibus,
Felix ubique gentium
Is esse vel miser potest.
2. En, tibi seposito
potiora charismata magnis
Croesi divitiis
caelitus obveniunt;
V. Perfecta cordis gaudia
Non census ullus aut honos
Nec ulla vis humana dat,
Sed sola Christi caritas.
3. Te, pater, in nemore horrenti
spes alta beatum,
Denique jam similem
fecerat usque Deo;
V. Spes una, quae fidelium
Mentes Deum timentium
Facit beatos illico,
Nihil timentes amplius.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Nobilis hic cunctos
superas athleta labores;
2. Et famis et somni
ratio te nulla subivit.
3. Sub dio durantem
haud frigus terruit ingens.

Responsoria.

1. Gaude igitur summo
nimium dilecte parenti,

Officia Propria imp. s. l. 1519. — In 1. Noct. R 3, 5 Lies vielleicht:
et contentus.

88. In Nativitate s. Patriciae.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Virgo parens Patricia,
Parentum clara gloria
Contrivit supercilium

- Qui te humilem caeli
sidera ad alta tulit;
V. O quis Deo par alter est,
Qui pauperes humo erigens
In sede celsa collocat
Fastigiumque despicit.
2. Da tua sectari
nobis vestigia sancta,
Qui tua nunc colimus
sacra, verende pater;
V. Hymnis solemus annuis
Laudare sanctos debitum,
Ut nos ab omni liberent
Metu futuri saeculi.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Octaviane, decus
nostrum, pater optime, salve.
2. Quondam Gilimeris
fugis impia facta tyranni.
3. Prae magnis opibus
tristis tibi silva refulsit.
4. Ulmi contentus
tantum recubare sub umbra.
5. Christi nunc mensis
felix conviva recumbis.

Ad Benedictus.

- A. Pater benigne, poscimus,
Tuis bonus felixque sis.

Aetate vitans scelera
Carnis juventae tenera
Primo dierum omnium.

2. Innuba sponsi saeculi
Jura fugit cubiculi
Expectans a te praemium,

Quam tibi praeparaveras,

Scrutator alme cor-
dium.

3. Spernens parentes, patriam,
Caelestem petens gloriam
Clastra conservat corporis
Intacta sponso judici,
Ut mereatur effici
Domus pudici pecto-
ris.
4. Eja, parens Patricia,
Te precamur prece pia,
Prosternata superbia
Hostis antiqui zabuli
Post pugnam nequam saeculi
Da gaudiorum pree-
mia.

- R. Ope subvenit celeri
Supplicanti juvenculae
Medelam ferens vulneri,
Suae dicentis famulæ,
Visu docens per somnium,
Quod delibescat oleo
Per vices sibi brachium,
Quod vase pendet vitreo,

- V. Quod luminis officio
Dat tumbae ministerium
Cunctisque beneficio
Cedit ad morbi taedium.

Ad Magnificat.

O Virgo prudentissima,
Consurgens ad rus gloriae
De valle mundi pessima
Per desertum miseriae,
Sortem sortita virginum
Scandens tribunal dexteræ,
Ut potiamur requie
Vergente mundi vespere.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem sponsum virginum,
Qui sursum agnus mittitur,
Venite adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonæ.

1. O dux, auriga pauperum,
Hospes nostrorum munerum,
Laudes tibi canentibus,
Quæ tibi surgunt psallere,
Noctis quieto tempore,
Da dexteram surgen-
tibus.
2. In prophetiae spiritu
Locellus signans ambitu
Virgo repleta gratia
Praelegit sibi tumulum,
Demonstrat hoc miraculum
Novum genus poten-
tiae.
3. Per anfractus Babilonis
Ne fraudemur caeli donis,
Ne Satan et nos atterat,
Hostis humani generis,
Totius auctor sceleris,
Haec lux serenum
conferat.
4. O flos misericordiae,
O plena vena veniae,
Irriga nostrum aridum
Cor rore tuae gloriae,
Ut verax igne gratiae,
Jecurque sana mor-
bidum.
5. In paupertatis spiritu
Sub monialis habitu
Cum lacrimis et fletibus
Parat puram sponso mentem,
Castos actus prosequentem,
Firmans locum cae-
lestibus.
6. Clemens nostra salva mentes,
[Nostri cordis] purga sentes
Nobis parcendo, Domine,
Exorante Patricia
Supplicamus parce pia
Te nunc, Deus piissi-
me.

Responsoria.

1. In agro mundi floruit
 De spinis rosa primula,
 Novellum sidus claruit
 Nostrae doctrinae regula,
 Quae claritate generis
 Claras sprevit divitias,
 Pro spe beati muneris
 Carnis trivit delicias ;
- V. Pro terrenis caelestia
 Mundi declinans lurida
 Vult Patricia gaudia,
 Mercatrix facta provida.
2. Sponsum horrens patricium
 Conservat pudicitiam,
 Carnis vitat connubium
 Abhorrens immunditiam,
 Sponso sponsata virginum,
 Ut mereatur adici
 Choro sanctorum agminum
 Haec prece rogat supplici ;
- V. Ut ad salutis terminum
 Ducatur, rogat famula
 Regem sanctorum Dominum,
 Absque peccati macula.
3. In Parthenope tumulum
 Sibi prophetat advena,
 Verbo monstrans miraculum,
 Quo quiescit indigena,
 Nam edocente spiritu
 Quod virgo prophetaverat,
 Vitae sortitur exitu
 In loco, quem signaverat,
- V. Signo signans sepulturam
 Parietis in angulo,
 In qua dixit se futuram,
 Locum designans modulo.
4. De sicco cuius corpore
 Vir Romanus intrepidus
 Dentem traxit cum robore,
 Manavit sanguis limpidus,
 Quod vidit ut vir nobilis,
 Cadit ad terram propere
 Ut lapis insensibilis
 Suo punitus scelere ;

V. Integritati pristinae

 Vir semivivus redditur,
 Pro contrectata virgine
 Dolores mortis patitur.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dormitantes in hoc mundo
 Vitiorum in profundo,
 In hujus salis gurgite
 Ne quassemur a ruina
 Vitiorum in sentina,
 Tu, Christe, somnum
 discute.
2. Ex illustri prosapia,
 Quam decoravit gratia,
 Ornavit hanc monilibus
 Non solum sponsam Dominus,
 Ut manifestum vidimus,
 Sed signis et virtuti-
 bus.
3. Ne tepescat laus in ore,
 Ne fraudetur spes honore,
 Nos tuo lactes ubere,
 Nam laetaris et ditaris

 Tu septiformis mu-
 nere.
4. Placa sponsum sponsa parens,
 Nostrae noctis stella clarens,
 Ne nobis detur terminus
 Damnatorum suppliciis,
 Ipsum namque spurciis
 Nostris malis offen-
 dimus.
5. Decertantes in agone
 Ne perdamus jus coronae,
 Victricem diem colimus,
 Hostis quo victo robore
 Sancto vestitur podere,
 Mentes manusque tol-
 limus.
6. Melos canat in hac die
 Nostrae chorus Patriciae
 Voce promendo sapida,

Ad quod mundo toto corde
Sine labe, sine sorde
Ut mens resurgat tor-
pida.

Responsoria.

1. Eja, gemma, jubar clarum,
In hujus mundi devio
Sis nostrarum dux viarum
Et in maris naufragio
Portus salutis naufragis,
Ne prosternat nos procella
Summis alterna pelagis,
Placa mare, maris stella;
- V. Naufragantes in hoc mundo
Te deprecamur, hagia,
Nos educas de profundo,
O virgo plena gratia.
2. Ad cujus patrocinia
Pulsatae piis precibus
Nequam cedunt daemonia,
Vexatis a spiritibus
Immundis reddens gaudia
Et afflictis parentibus,
De natis dans solatia
Suppliciter orantibus.
- V. Haec ad parentum gemitum
Salutis opem contulit,
Exire namque spiritum
Ipsorum natis compulit.
3. Non exsolventes debitum
Maternum

Quos mater maledixerat,
Quos ductos poenitentia
Sanat virgo miraculo
Solum sola clementia
Morbo curato tumulo.
- V. Qui repetentes propria
Claro depromunt carmine

De Patricia virgine.
4. Dum psallit chorus canticum,
Clarum effudit oleum,
Quod, est dictu mirificum,
Durum saxum marmoreum

Eduxit instar rivuli,
Cum clarus liquor funditur
Secus structuram tumuli,
Cum sacer hymnus canitur;

- V. Chorus sanctarum virginum
Melos decantat dulciter,
Colaudans Christum Dominum
In Patricia jugiter.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

1. Sidus clarens Patricia,
Nos illustres in hac via
Et da quieta tempora
Terraque plena crimine
Orbata sancto lumine
Illumina nunc pec-
tora.
 2. Ergo laudes jam promamus
Et promentes nos dicamus
Laudum Christi magnalia:
De Patricia virgine
Cordis et oris carmine
Sit trinitati gloria.
 3. Tu certantes ut athleta
Caeli ducas dux ad laeta
Nos ducendo securius,
Ne perdamur in profundo
Vitiorum in hoc mundo,
Hostem repellas lon-
gius.
- Responsoria.
1. Muto surdo juvenculo
Virgo pia comparuit
Medelam ferens sedulo,
Supplicant quam praebuit
Claris fulgens monilibus,
Ut in pictura viderat,
Sic redimita vestibus,
Ad quam preces effuderat;
 - V. Et quam sponsi servat zelus,
De caelorum virtutibus
Hanc comitatur angelus
Coronam ferens manibus.

2. Lirguae resolvit vinculum
 Auditus dans officium,
 Virgo tollens ossiculum
 Pueru dans remedium
 In aure, manu, digitis
 Cruore fracto foetido
 Velo palato conditis
 Dat sanitatem concito.
 V.

3. Hanc tauri reddunt tumulo
 Sine ductoris regula,
 Et confluente populo
 Ad stupenda miracula
 Laetitiae mirifica
 Promunt canentes famuli
 Laudum psallentes cantica
 Pro virtute miraculi.
 V. Sit tibi, Christe, gloria,
 O Jesu, dulcis Domine,
 Cujus claret Patricia

4. Jam de vita desperatos
 Virgo traxit de carcere
 Et a vinclis mancipatos
 misere,
 Quorum percusso latere
 Relegata miseria
 Suo ducatu prospere
 Ipsos dicens ad propria.
 V. Horrendi claustra carceris
 Virgo clemens aperuit
 Opem ferendo miseris,
 Quibus se ducem statuit.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Lux illuxit hodie,
 Quae reduxit gloriae
 Tuum, parens, praecconium,

De quo laudem subicimus,
 De quo hymnos praecinimus,
 Tu esto nostrum gaudi-
 um.

2. O decus sponse virginum,
 Nostrorum rumpas criminum
 Vincula desque perfrui
 Nostrae patronae gaudiis,
 Caelestibus deliciis,
 Da supplicant coe-
 tui.
3. Caelos ascendit hodie
 Se regi jungens gloriae,
 Quo felix haec de corpore
 Vultu nitentis sideris
 Summa quaesivit aetheris
 Anni recurso tem-
 pore.
4. En, accedit lux jocosa,
 Nox ascendit tenebrosa,
 Feramus laudes numini
 Et ad instar nostrae ducis
 Induamur arma lucis,
 Cedant tenebrae lu-
 mini.
5. Et psallamus nisu toto
 Ore, corde, voce, voto
 Jam properante lumine,
 Qui vineis in martyribus
 Parcendo confessoribus,
 Gloria tibi, Domine.

Ad Benedictus.

- A. O virgo viri nescia,
 Virga virens virtutibus,
 Quam decoravit gratia
 Nobilibus parentibus,
 In caelesti rosario
 Tu rosa rubens primula,
 Juncta sanctorum gaudio,
 Electa Christi famula,
 Nos obsequentes protege
 Ab omni carnis scelere,

Ne plebs gravata criminis
Vitae sit exsul munere.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat

A. O sidus indeficiens,
O stella clara radiis,

De prudentibus sapiens,
Virgo dives stipendiis
Caelestibus, irradia
Nos tuo claro sidere,
Post mundi hujus devia
Largire clarum ves-
pere.

Offic. ms. S. Patriciae saec. 15. ex. Cod. Neapolitan. VI F 10. — In 1. Vesp. A 1, 4 Carnis vitans. — A 1, 5 Aestate juventutis.. — A 2, 3 Expectans ante. — A 3, 1 parentes Patriciam. — A 3, 5 mereamur. — A 3, 6 pudici fehlt. — R, 4 Jam dicentis. — Ibid. 6 lies delibuat? — Ibid. 8 vitreo pendet. — Ad Magn. A, 1 O fehlt. — Ibid. 2 ad hos gloriae. — Nach dieser Antiphon ad Magn. folgt in der Hs. das Invit.: Agnum sponsum virginum, venite, adoremus. Dann:

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Te vocantes nos accende,
Nos certantes tu defende,
Nostrorum custos agminum,
Ut mereamur gaudia,
Qui pascis inter lilia
Septus choreis virginum.
2. Jesu dulcis, Jesu bone,
Ne perdamus jus coronae,
Dona nobis, quod poscimus,
Nam te rogat Patricia,
Quod potiamur gloria,
Hinc te precantes quae-
sumus.
3. Alma parens, nos emenda,
Emendatos tu commenda
Nos Christo tuis precibus
Ne damnemur cum impiis
In aeternis suppliciis,
Laxa malum, quod fecimus.

Responsoria.

1. Virgo pia
et flos placabilis,
Patricia,
mitis, affabilis,
Esto memor nostri,
dulcis, amabilis.
- V. Ne damnemur
Infernī morte,
Sed laetemur
In caeli sorte.
2. Multitudo languentium
In Christo confitentium
Veniebat ad tumulum
Beatae Patriciae,
- V. Audiendo miraculum,
Contra virtutes daemonum
Quod siebat.

Hiebei sind folgende Irrtümer der Hs. verbessert worden: A 2, 3 quod possumus. — A 3, 4 damnemur ejus pis. — R 1, 4 und 5 sind umgestellt: dabei ist ein Überschuss von zwei Silben vorhanden; vielleicht könnte dulcis getilgt werden. — R 1, 8 Infirma morte. — Hierauf, beziehungsweise nach der dritten Lectio bricht alles ab und fährt die Hs. weiter mit dem Invit.: Regem sponsum virginum etc. wie oben im Texte des monastischen Officiums. Dafs es sich trotz dieser unerklärlichen Unterbrechung um ein u. z. um ein monastisches Officium handelt, beweist der Umstand, dafs sämtliche Antiphonen des Ganzen in bekannte Hymnenverse auslaufen, sowie der andere, dafs die 1. Vesper mit nur vier Antiphonen monastisch ist. Dagegen ist die vorstehende Nocturn mit nur drei Psalmen und drei Lektionen nicht monastisch. — In 1. Noct. A 3, 2 fraudentur. — A 4, 5 Lies ferax? — A 4, 6 fehlen zwei Silben; sana ergänzt. — A 6, 2 fehlen vier Silben; nostri cordis ergänzt. — R 1, 6 Clares sprevit delicias. — R 1, 10 declinant. — R 3, 6 docentem. — R 3, 7 fehlen zwei Silben; virgo ergänzt. — R 3, 9 signas. — In 2. Noct. A 2, 1 illustris. — A 5, 5 pondere. — A 6, 3 promendos lapida. — A 6, 4 quid. — A 6, 6 Ut fehlt. — R 1, 2 sq. deviosis. — R 1, 3 fehlt eine Silbe; dux ergänzt. — R 1, 4 mari naufragium. —

R 1, 5 Portum. — R 1, 8 fehlen zwei Silben; mare ergänzt. — R 3, 10 deprimit; carmine ergänzt. — R 4, 2 fudit. — In 3. Noct. Die drei AA ad Cantica jedenfalls ad libitum. — A 1, 1 clares bonitatis Patricia. — A 2, 1 fehlt eine Silbe, jam ergänzt. — A 2, 2 permentes. — A 2, 5 Corde: fehlen drei Silben, et oris ergänzt. — R 1, 8 quam fehlt. — R 2, 3 ostiunculum. — R 3, 1 redund. — R 3, 11 in Patricia. — R 4, 3 vinculis. — In Laud. A 1, 5 fehlen zwei Silben; de quo ergänzt — A 2, 2 Nostrorum vincula criminum. — A 2, 3 Rumpas desque. — A 4, 2 Nos ascendit. — A 5, 1 psallemus visu. — A 5, 3 Jam purpuram et lumine. — Die Hymnen cfr. Anal. XXII, 213 ff.

89. De sancta Paula.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Per Paulae, Christe, merita
Da fidem, doce placita
Nos agere ferventer,
Sacro nos reple flamme,
Quo Paula cum conamine
Te tenuit ardenter,
Ob Paulam mundi tenebras
Peccatorumque latebras
Vitemus confidenter.

A d Matutinum.

Invitatorium.

Paulae gaudentes gloriae
Spernamus mundi fraudes,
Pro Paula demus hodie
Caelorum regi laudes.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Mirabilis haec femina
Magnorum stirpe nata,
Mira virtutum semina
Dat saeclis Christo data.
2. Praeclaro Romae filias
Fert Paula juncta viro,
Res, domum et familias
Modo gubernans miro.
3. Innocens Paula manibus
Cibat, vestit egenos,

Infirmos fovet sinibus,
Actus spernit obscenos.

Responsoria.

1. Flagrans in Paula caritas
Fervorem dat immensum,
Defuncto viro vanitas
Nequaquam mutat sensum,
Sed caelibem mox deitas
Hanc facit per assensum.
2. Mundus, carne, diabolo
Calcatis fert Jeronymo
Suum Paula consensum.
3. Jeronymi per monita
Romam relinquens concita
Sternensque prolem, dedita
Plus ad opus dominicum,
Sola cum Eustochio
Fervoris piae incendio
Paula pergit navigio
Vicum Bethleemiticum.
- V. Non amor, transitoria
Delectant, sed pro gloria
Cupit iter salvificum.
- V. Per loca sacra gradiens
Dat imbre lacrimarum,
Miranda Dei sitiens
Mundum putat amarum.
Huic lumen indeficiens
Verum demonstrat clarum;
- V. Jesum Paula praesepio
Cum partu puerperio
Videns constringit carum.

— 450 —

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ornata Dei gratia
Proles tunc parit Deo,
Quibus struit coenobia
Luxu calcato reo.
2. Edoctae per Jeronymum
Deo vivendi normam,
Mater et Eustochium
Sororibus dant formam.
3. Commune volens proprium
Plus Paula vitat morte
Sororum vult coenobium
Maris carere sorte.

Responsoria.

1. Corpus domando tenue
Reddit spirituale,
Vitam regendo strenue
Nil agit criminale,
Per hanc, Jesu, nos annue
Despicere mortale;
- V. Nos Paulae magna merita
Gubernent atque placita
Donent post temporale.
2. Carnes, pisces, legumina,
Mel, vinum, cuncta sapida
Devitat velut crima
Paula, virtutum speculum,
Psalmos legens et codices,
Preces fundens multiplices,
Sic suas docet complices
Bellare carne saeculum;
- V. Collectis monialibus
Demonstrat et sodalibus
Hostis vitare spiculum.
3. Adversa patientiae
Munita vicit scuto
Mundique complacentiae
Laeta contemnit luto,
Se solum vult laetitiae
Loco locare tuto,
- V. Transcendens sanctimoniam
Prosternit mundi gloriam
Stans vanis ore muto.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Paula nitens virginibus
Dat normam castitatis,
Orbem replet luminibus
Jam stella sanctitatis.
2. Vias cunctorum deviis
Paulae reprendit vita,
Vias demonstrant inviis
Paulae miranda dicta.
3. Ad sanctitatem allicit
Sceleribus deiformes,
Paula sequentes efficit
In gloria conformes.

Responsoria.

1. Paula post iter nemoris
Castrum invenit gaudens,
Post febres hujus temporis
Salutem tenet plaudens,
En, habet portum aequoris
Diem extremum claudens;
- V. Evasit nunc pericula
Dierumque curricula
Polorum regna scandens.
2. Felix, quam sinus caelicus,
Ordo canens angelicus,
Vultus quoque deificus
Beatam praebent nimium;
Felix, quae pro victoria
Contemnens transitoria
Potitur plena gloria,
Nec terror inest virium.
- V. Obtento nunc denario
Stat Paula viridario
Contemplans more civium.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Clare chordis et animo
Noster exsultans chorus
Ad laudes regi Domino
Pro Paula sit sonorus.

2. Dat Paula caelo rutilans
Deificos timores,
Qua mundus Deo jubilans
Feratur in amores.
3. Cor nostrum semper sitiat,
Quo Paula saturatur,
Mens ire non deficiat,
Quod certum amplexatur.
4. En, Paula, tibi vocibus
Hymnos cantamus laetos,
Ad te tu tandem dotibus
Nos extrahas perfectos.
5. Fontes, humus et aethera
Deum laudent et ignis,
Pro cuius Paula dextera
Laudanda claret signis.

Ad Benedictus.
- A. Ave, Paula,
norma justitiae,

Brev. ms. Tarvisiense saec. 15. Cod. Capit. Tarvisien. I 16. A. —
Offic. ms. saec. 16. Cod. Marcian. L III 136. B. — In 1. Noct. A 1, 4
Dat sedis B. — R 2, 1 In Jeronymi B. — R 2, 11 Lies Capit? — R 3, 2
imber B. — In 2. Noct. R 1, 8 Gubernet B. — R 1, 9 Donet B. — R 3, 4
Lecta contemnit lucto B. — In 3. Noct. A 2, 3 invias B. — A 3, 1 Ad
sanctitatis elicit B. — R 1, 6 extremis elaudens B. — In Laud. A 2, 3
jubilat B. — A 4, 3 doctibus B. — Die Hymnen vgl. Anal. XXII, 217.

Vitae decus,
sidus prudentiae;
Salve, Paula,
lux poenitentiae,
Serva tuos
munere gratiac
Et post dono
supernae patriae.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Tibi laus, Deus, sollennis,
Nobis quoque lux perennis
Sit per Paulam in amoenis
Angelorum coetibus;
Quibus Paula vita nitet,
Pia prece malis vitet,
Amplis donis nos jam ditet
In supernis sedibus.

90. De s. Petro Coelestino.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Innovetur mens divini
Cultus ad encenia
Voce pangens Coelestini
Votiva solemnia.
2. Specialis Mantuanae
Polis instat gloria,
Ornat urbis quam Romanae
Praesulis memoria.
3. Cardinalis et levitae
Praeminens officio
Fulsit verbi, fulsit vitae
Celebris indicio.

4. Praesul summus visione
Caelesti ter monitus
Fidei legatione
Hunc insignit caelitus.

5. Fide fervens Christiana
Mittitur Aemiliam,
Quo faex cedat Arriana
Corrumpens Italianam.

Ad Magnificat.

- A. Ave, decus
et gemma praesulum,
Coelestine,
virtutis speculum,
Tu caeleste
jam tabernaculum

Introgressus
solve piaculum
Tui gregis,
qui tibi tinnulum
Solvit, ecce,
melodis titulum.

A d Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus Deum trinum
Cordis, oris latria,
Praesulem qui Coelestimum
Coronat in patria.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Vacans legi divinorum
Coelestinus jugiter
Sprevit iter impiorum
Et doctrinam pariter.
2. Apprehendens disciplinam
Sacris datam literis
Montem Sion ad doctrinam
Lingua vocat operis.
3. Christum probans susceptorem
Et caput ecclesiae
Arrianae mox errorem
Confutat nequitiae.

Responsoria.

1. Vernans cultu pietatis
Exsultet Aemilia
Doctoremque veritatis
Laudet in ecclesia,
Coelestimum, pravitatis
Exstirpantem lolia;
- V. In fervore caritatis
Praedicans utilia
Christianae suavitatis
Jugo vinxit milia.
2. Involuta vitiorum
Sorde dudum Flavia
Flagellaque meritorum
Causa ferens gravia

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

Seminanti seminorum
Supplex venit obvia,
V. Objurgata populorum
Severis ignavia
Coelestinus promissorum
Verba miscet suavia.

3. Coelestinus dum hortatur
Plebi salutaria,
Gens compuncta se testatur
Labe ream varia,
Prece fusa propulsatur
Pestis inguinaria;
- V. Sic, sic poena compensatur
Culpae necessaria,
Dum peccator flagellatur
Clade multifaria.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Coelestimum invocantem
Exaudivit Dominus,
Dum in plebe debacchanted
Iram tulit eminus.
2. Scuto bonae voluntatis
Animando populum
Christianae pietatis
Fore suasit aemulum.
3. Laudet nomen plebs divinum
Celebri memoria,
Honore qui Coelestimum
Coronat et gloria.

Responsoria.

1. Insistenti disciplinae
Plebis vox ab aethere
Sonat dicens: Coelestine,
Commissum fac propere,
Ut grex alter a ruinae
Vocetur itinere.
- V. Valedicens a doctrinae
Non cessabat opere
Plebsque plorans hunc divinae
Commendabat dexteræ.

- 250 —
2. Proficiscens constipatur
 Agmine plangentium,
 Dumque tristes consolatur,
 Pervenit ad fluvium,
 Quod nunc Senum nuncupatur
 Propter senis lotium;
- V. Ibi senex praesentatur
 Curvus per decennium,
 Unda mersus qui curatur
 In conspectu omnium.
3. Augens lucra commissorum
 Sator evangelii
 Coelestinus se convertit
 Ad Forum Cornelii,
 Tabe sordens odiorum
 Atque caede proelii,
- V. Unitatem suadens morum
 Pacis et solatii
 Clausit vias peccatorum
 Causasque dissidii.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Spe tendentes ad aeterna
 Serva sine macula,
 Coelestine, qui superna
 Colis tabernacula.
2. Voluntate labiorum
 Fretus verbo gratiae,
 Finem desideriorum
 Cernis regem gloriae.
3. Caritate conclavari
 Fac nos Jesu nomini
 Tu, qui gaudes collocari
 Monte sancto Domini.
- Responsoria.
1. Dum caelestis foeneratur
 Plebi dogma seminis,
 Trucidatus apportatur
 A collega socius,
 Cum quo tentus praesentatur
 Auctor tanti criminis;
- V. Facti causa ventilatur
 Lege sub examinis,

- Furor plebis excitatur
 Ad vindictam sanguinis.
2. Coelestinus concionem
 Advocans alloquitur:
 Quid lucri per talionem
 Defunctus assequitur?
 Num per rei passionem
 Vivus restituitur?
- V. Juxta Christi rationem
 Dimittens dimittitur,
 Et, qui quaerit ultionem,
 Reus constituitur.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Perlustrans Mediolanum
 Doctrinis caelestibus
 Pandit iter vitae planum
 Propulsis haeresibus.
2. Eutychetis, Arriani,
 Manichaei varia
 Documenta probat vani
 Cultus seminaria.
3. Reformato cleri statu
 Ac plebis Aemiliae
 Romam reddit a bimatu
 Florentis ecclesiae.
4. Verbo, vita, pietate
 Virum agens caelicum
 Invocata trinitate
 Sanat paraliticum.
5. Petri sedes dum orbatur
 Sancto Bonifacio,
 Coelestinus sublimatur
 Summo sacerdotio.
- Ad Benedictus.
- A. Benedicta sit divini
 Nominis gloria,
 Cujus dono Coelestini
 Floret memoria,

— 259 —

Qui hac die pulsa tristi
Carnis molestia
Evocatus voce Christi
Scandit caelestia.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Magnifica,
Mantua, Dominum,
Largitorem
salutis hominum,
Coelestini
qui glebam funeris
Tibi misit
in signum foederis,
Nam eruptum
raptorum manibus
Tuis dedit
condendum moenibus.

Antiph. ms. Mantuanum saec. 15. Cod. Capit. Mantuan. J. A. — Brev. ms. Mantuanum saec. 15. Cod. Univ. Patav. 734. B. — In 1. Vesp. ad Magn. A, 10 tibi cumulum B. — In 2. Noct. A 3, 1 Fugens lucrum B. — R 3, 10 discidii AB. — In 3. Noct. R 3 Reimprosa und de communi: Sancte Coelestine, Christi confessor dignissime, audi rogantes servulos etc. — Per Octavam AA fehlen B. — Die drei zum Officium gehörigen Hymnen cfr. Anal. XXII, 221 sq.

Per Octavam.

Ad Laudes.

A. Alme praesul Coelestine,
Civis caeli curiae,
Vita fruens absque fine
Jam expers miseriae,
Laudis tibi matutinae
Carmen hoc laetitiae
Persolventes fac divinae
Nos consortes gloriae.

In Vesperis.

A. Recensentes Coelestini
Titulos memoriae
Cultus vice vespertini
Melos demus gloriae,
Genti qui Aemiliana
Praedicans censorie
Pravitatis Arrianae
Tulit zyma scoriae.

91. De sancta Petronilla.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Duce caelesti numine,
Patre favente principe
In Petronilla virgine
Est virtus patientiae,
Est ista perfectissima,
Propter quod et laetissima
Gloria tibi, Domine.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Nunc Petronillae virginis
Festum laete cantamus,
Cujus sacratis meritis
Et Deo jubilamus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Haec est principis filia,
Quae est secuta agnum,
Prudentium primaria
Et habet nomen magnum.
2. Nomen sacrae virginis
Petri manus scripserunt,
Quod caeli cum reliquis
Nobis enarraverunt.
3. A Deo benedicitur
Petronilla beata,
Quae innocenter graditur,
Semper est honorata.

Responsoria.

1. Stantes sancti discipuli
Actus Petri cernentes
Pro infirma dum quaeruli
Sunt atque murmurantes,
Petrus, cuius sunt oculi
Cuncta considerantes,
V. Sanavit hanc, discipuli
Effecti sunt laetissimi,
Ministrantem mirantes.
2. Petri nata sanctissima,
Pulchra et gratiosa,
Jacet oboedentia
Patris nunquam irosa,
Ex multa patientia
Semper est gaudiosa;
V. Post facta perfectissima
In corpore et anima
Redolet velut rosa.
3. Odore famae virginis
Jam cuncti recreantur
Eamque suis oculis
Videre delectantur,
Et laborantes variis
Languoribus sanantur,
V. Verbis suis sanctissimis
Et actis sacratissimis
Omnes plene curantur.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sanctae virginis specie
Deus est delectatus,
Quia est plenitudine
Plenus sui ornatus.
2. Adjuvata a Domino
Petronilla beata
A comite nefario
Exstigit liberata.
3. Exsultat sancta filia,
Quae a Deo amatur,
Propter ejus judicia,
In quibus delectatur.

Responsoria.

1. Venit comes ad virginem,
Eam vult desponsare,
Sed post matrem mirabilem
Volens haec ambulare
Ipsum fallit odibilem
Et ponit se orare.
V. Interim ineffabilem
Deum atque amabilem
Studet ad se vocare.
2. Adjuvata a Domino,
A quo ipsa amatur,
A beato presbytero
Sancto communicatur,
Angelorum subsidio
In caelum sublevatur,
V. Ubi intrat cum gaudio
Et sedet in principio
Virginum et laetatur.
3. Laetatur caeli domina
Effecta Petronilla
Et est prima in gloria,
Post Felicula illa,
Quae fuit ejus socia
In lacrimarum villa;
V. Nunc in aeterna gloria
Angelorum laetitia
Exsultat haec et illa.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cantat Domino canticum
Petronilla beata,
Cujus nomen magnificum
Ipsa est venerata.
2. Laetamini in Domino
Cum sancta Petronilla,
Qui estis pleni gaudio
In requie nunc illa.
3. Cantate mirabilia
Nova, quae Deus fecit,
Una puella proelia
Vincens in throno sedit.

Responsoria.

1. Exsultat atque jubilat
Cum angelis beata,
In omni choro concinat
Haec a Deo amata,
Non est ultra, quod cupiat
Ita glorificata;
- V. Cum apostolis habitat
Praecipue et rutilat
Beati Petri nata.
2. Nomen natae sollicite
Manus Petri scripserunt,
Dilectissimae filiae,
Sic literae dixerunt,
Haec aureae reliquiae
Petronillae fuerunt,
- V. Ut manus apostolicae
Et terrae motus publice
Nobis propalaverunt.
3. O sancti Petri filia,
Petronilla beata,
Oramus, sis in gloria
Pro nobis advocata,
Quae ibi primiceria
Sedes glorificata;
- V. Tu ibi, o sanctissima,
Magni principis filia,
A cunctis honorata.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Post matrem Dei floruit
Virgo, quam Deus voluit
Secumque collocavit,
Ipsa est primiceria
Petronilla in gloria,
In qua Deus regnavit.
2. Nunc plene laudant Dominum
Pueliae in consortium
Cum Petronilla stantes,
Dei enim sunt populus,
Et ipsorum est Dominus,
In quo sunt jubilantes.
3. Laetantur in quo audiunt
Et semper festum faciunt
Petronillam sequentes

- Et abundant dulcedine
Semper in Dei facie
Virgines intendentes.
4. Nisi Deus tribueret
Atque dignos nos faceret
Meritis Petronillae,
Nunc in fornacis medio
Mundi hujus incendio
Adurerent favillae.
 5. Lauda, devota anima,
Deum cum Petri filia
In mundo, in quo degis,
Laudate et cum angelis
Et sacratis presbyteris,
Justi omnes in caelis.

Ad Benedictus.

- A. Novum sidus emicuit,
Cum Deus carnem induit,
Qui Petronillam voluit
In sponsam atque docuit
Eamque nobis posuit
In exemplum, ut decuit;
Petrus a petra meruit
Nomen, quo nata claruit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Salve, virgo Petronilla,
Sponsa regis angelorum,
Tu es pulchra nata illa
Principis apostolorum,
Quae plus sapis quam Sibylla
Vincens proelia malorum,
Tu ergo nos duc ad illa,
Quae sunt pascua sanctorum.

Infra Octavam.

Commemoratio.

- A. Virgo prima florida
Post virginem matrem,
Et quae gaudes gloria,
Magnum habens patrem.

Brev. ms. Romano-Franciscanum saec. 15. Cod. Neapolitan. I B 23. — In 1. Vesp. ad Magn. A, 1 caelestis. — In 1. Noct. A 2, 12 manu. — R 1, 3 Pro infirmarum quaeruli. — R 3, 8 Et tactis. — In 3. Noct. A 1, 1 Cantate. — In Laud. A 5, 1 animas. — Ad Bened. A, 3 Quae Petronilla. — Die Hymnen vgl. Anal. XXII, 227 sq.

92. De sancto Petronio.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Sacrae fidei confessio,
Pulchra et nitens religio,
Dum nocuit nemini,
Sed omnibus profecit,
Nam ut bene meminit,
In conspectu Domini
Petronium magnum fecit.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus Christum regem
Sanctorum decus omnium,
Qui dilexit nostrum gregem
Sanctum dando Petronium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Beatus vir Petronius
In lege voluntarius,
Quam perfecit per opera
Velut arbor fructifera.
2. Sublimis nobilitatis,
Sed majoris sanctitatis,
Hic ante Dominum adstans
Serviebat cum tremore,
Nunc nobis opem ferat.
3. Virgo existens corpore
Factus est Petronius
Templum sancti spiritus,
Integer mentis robore,
Praesul praestantissimus
Fit quia divinitus.

Responsoria.

1. Gaude, mater Graecia,
Sic honorificata,
Ovans tanta gratia,
In filio ditata,
Plaudat et Italia
Ab eo visitata,
Praesule Bononia
Laetetur coronata,
- V. Cujus sanctimonia
Est late decorata.
2. Nobilis Petronius
Ex genealogia,
Domino devotius
Cum servit in hac via,
Praesul excellentius
In nostra hierarchia,
- V. Laudemus ergo largius
Deum in psalmodia.
3. Sororem Petronii
Sub lege conjugii
Sibi copulavit
Sacri rex imperii,
Sociam palatii
Dono decoravit;
- V. Hunc terreni gaudii
Spretorem amavit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sanctum suum Petronium
Christus mirificavit,
Vincentem mundi vitia
Bononia firmavit.
2. Precibus assiduis
Deo supplex adstabat
Et sacratis hostiis
Populo complacebat,

Quem tantis pro instantiis
Aeternis providentiis
Jam Christus coronabat.

3. Ex ore Petronii
Doctrina eloquii
Christus suam laudem
Sic perficiebat,
Dum haeresum fraudem
Verbis evangelii
Hujus odor lilii
Rite destruebat.

Responsoria.

1. Haeresum versutia
His actis inolevit,
Plurima nequitia
In vera nunc desaevit,
Quorum sic fallacia
Regis providentia
Divinitus praevenit,
V. Dum hunc plenum gratia,
Clarum eloquentia,
Reducentem devia
Ob tam dira noxia
Mittere decrevit.

2. Petrus caeli claviger
Apparens Coelestino,
Pastorem oraculo
Admonuit divino,
Ut sanctum Petronium,
Meritis eximum,
Dando pontificium
Bononiam legaret,
V. Ut extirparet noxia
Tradendoque salubria
Ecclesiam firmaret
Nec aliud temptaret.

3. Dum celebrat concilium
sacrum Coelestinus,
Bononiensis populus
adiit hunc festinus,
Supplicans suppliciter
de patre provideri
Et a diris hostibus
se orphanum tueri,

V. Plorat coram praesule
populus oppressus,
Promens, quam regis rabie
exstitit depresso.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic sanctus sine macula
Se servans in justitia
In vera tabernacula
Post hujus vitae tristia
Assumptus est in patria.
2. Terrenorum gloriam
Dum sprevit hic Petronius,
Mentis sanctimoniam
Adeptus excellentius
Gloriae magnae praemia,
Magni decoris dulcia,
Ditatur abundantius.
3. Creatoris benedictio
Beato venit Petronio,
Nam pater erat pauperum,
Largus ut lumen siderum,
Quem magnitudo operum
Civem monstravit superum.

Responsoria.

1. Coelestinus pontifex
Concilio narravit,
Quod sibi apostolus
Petrus revelavit,
Quod audiens consilium
Proropit in tripudium,
Christum magnificavit.
2. Confitemini Domino et invoke
nomen ejus, narrate
omnia mirabilia ejus.
3. Beatus Petronius
se indignum credens,
Provolutus pedibus
Coelestini gemens:
Ut injuncta valeam
onera portare,
Inquit, pater optime,
meritis praecclare,

- Omnium factorem
Pro me deprecare.
- V. Fili, surge, opere
Dei voluntatem
Comple, legem Christi,
sinceram caritatem
Effugatis vitiis
plantes et sanctitatem.
3. Sacris sumptis monitis
sanctus consecratur,
Civitas Bononia
gaudio laetatur,
Tanti patris gloria
laeta coronatur,
In collapsis omnibus
plene reparatur;
- V. Floribus Hierusalem
Honorificatur,
Justorum patrocinis
Propulsatis noxiis
Sanctitati datur.
4. Te coronat, vir propheta,
Secretorum conscius,
Cleri decus et athleta,
Veritatis nuntius,
Qui ministrat tibi laeta
Munera sublimius,
Tuae sortis clausus meta
Te beat, Petronius.
- V. Gratiarum donis freta
Prae tuis consortibus
Te, Bononia, de caelis
Lux lustrat virtutibus.
5. Carnis spicam
contemptus area
Domans sanctus
in virga ferrea,
Ut granum purum
excussa palea,
Sic summi regis
intrat in horrea.
- V. Vivo pani morte junctus
Vita vivit vita functus.
6. De sacro ministerio
Petronius hic satiat

- Turbam Christi famelicam,
In via ne deficiat,
Iter pandit ad gloriam
Et vitae viam ampliat.
- V. Pro spreta mundi tunica
Est indutus gloria,
Cui Christus, spes unica,
Dat ineffabilia
Se et sua gaudia.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Beatus Petronius
Pro nobis intercedat,
Quo beato praevio
Vero dato praemio
Omnis pestis cedat.
2. Hic creaturis imperat,
Qui nutui subjicerat
Se totum creatoris,
Quidquid laesit adversitas,
In aegro sanat sanctitas
Hujus pii pastoris.
3. Hic carnis supercilium
Legi subjicit spiritus,
Mundum vicit et vitium
Se victo victor inclitus.
4. Sacerdotes Dei,
Deum benedicite
In collato nobis
glorioso comite,
Cum creaturis omnibus
voce, manu plaudite,
Ei ut jungamini,
jam moribus satagite.
5. Hic divinis laudibus
Ardenter insistebat
Et de collatis omnibus
Gratias agebat,
Verbis atque moribus
Deum benedicebat,
Sacrae vitae passibus
Velut ostensis dapibus
Plebem inducebat.

Ad Benedictus.

A. Beatus Petronius,
Pontifex eximus,
Dum talenta credita
Domino prudenter
duplicavit,
Aureolae et aureae
Coronae ab ipso dona
reportavit.
A vitae miseriis
Hodie eductus
In mansuris gaudiis
Plene est indutus,
Ubi clamat cum electis
Christi gloria refectis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Sacerdos Dei, beate Petroni,
Pro nobis in ara caelesti
Christo redemptori,
Cui preces quotidie
Fundis, funde libamina,
Precum ut tuis adjuti
Gloriosis meritis,
Post depositum carnis onus
Denario aeterni praemii
Muneremur tecum.

Offic. ms. Bononiensis saec. 15. Cod. Univ. Bononien. Mezzof. 892. A. — Officium proprium divi Petronii, patroni ac protectoris almae urbis Bononiae . . . ut continetur in bulla concessionis de anno 1514, imp. Bononiae 1563. B. — Ad Matut. Inv. 2 deus fehlt A. — In 1. Noct. A 3, 5 Praesul excellentius A. — R 2, 4 Conservit B. — R 2, 5 Praesul eximus AB. — R 3, 2 Sub fehlt AB. — R 3, 5 Socii B. — In 2. Noct. A 1, 4 In Bononia. — R 1, 2 Bis actis A. — R 1, 7 pervenit AB. — R 2, 3 Apostolicum oraculo A. — In 3. Noct. A 2, 7 Ditantur A. — R 2, 9 Onverum factorem A. — A 3, 7 Et in. — R 6, 5 Intus pandit A. — Die Hymnen des Officiums cfr. Anal. XXII, 228 sqq.

93. De sancto Potito.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. O stella Christi fulgida,
Potite, martyr inclite,
Obscura culpae nubila
A mente nostra discute.
2. Tu clarus inter martyres
Fulges ut inter sidera
Sol, ac ut inter candida
Ligustra carent lilia.
3. Luces ut ardens lampada
Humana lustrans pectora,
Ut sal per orbem spargeris
Humana siccans vulnera.
4. Post clara mortis funera
Illustris inter angelos
Tanto refulges lumine,
Quanto per orbem nomine.

R. Gratae, mi dulcis
puer, aure dextra
Quas tibi laudes
recinunt sacratae

Virgines sanctae ac
modulus pudico
Pectore promptos,

V. Hic tibi pro thure
et olente nardo,
Pro thymi fasce
et calatho rosarum
Donantur, gemmas
et odora, quaeso,
Balsama sume.

Ad Magnificat.

A. O felix pugilis gloria martyris,
Qui caeli proprio sanguine
januam

Effregit per iter mox crucis
asperum
Scandendo super aethera.

A d M a t u t i n u m .

I n v i t a t o r i u m .

Christum, regem regum, adoremus Dominum, qui beatum Potitum martyrii decoravit gloria.

I n 1. N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. Jesu, decora caelitum
Corolla, Iesu, martyrum
Spes, cerne nos, dum militis
Tui canamus proelium.
2. Cur, Antonine, perfuris,
O Caesar, angue dirior,
Leone saevo saevior,
Cur bile turges vitrea?
3. Non sculpta adorat marmora
Nec ligna credit numina,
Aurum Potitus despicit
Nec thura libat Belius.
4. Dura contemnit verbera
Taetrumque spernit carcerem,
Nec voce blanda flectitur
Minas nec horret efferas.
5. Flagella sicut lilia
Sumit et illa dedicat
Deo flagranti pectore
Sicut rosarum flosculos.
6. Olor nec albus gestiens
Aquas subinrat vitreas,
Olivum ut intrans bulliens
Amore Iesu parvulus.

R e s p o n s o r i a .

1. Ut puer primum dubiae dolosum
Attigit vitae bivium, relictam
Mox via lata studuit per artam
Scandere callem.

V. Totus in sacris vigilat, caduci
Nil cupid, divum veneratur
aedes,
Percolit summa pietate trinum
Numen et unum.

2. Sic jugo Christi puerile collum
Subdit aestivam aratri . . .
Ut decet sulcat bonitatis arvum
Vomere pacis;
3. Cordis ex agro tribulos revellit,
Semen irrorat lacrimis in alta
Mente jactatum
Tempore fruges.
3. Non minus caelum precibus
fatiga-
tur, quam pro cultu lacrimis
nigrentem
Abluit noctem, Satanam repellit
Dulcibus odis;
- V. Diva scrutatus monumenta va-
tum
Sacra degustat rudimenta Iesu,
Tum Liam stringens fruuntur
Rachele
More Jacobi.

I n 2. N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. Phoenix ut inter cinnama
Exusta fit vivacior,
Sic hic lebete fervido
Mersus resurgit fortior.
2. Potitus instar angeli
Factus fide fortissimus,
Numen Minervae despicit
Jovique thura denegat.
3. Cunctis est aequa regula,
Dulcore firmat debiles,
Virtute fortes roborat
Utrosque amore confovet.
4. O miles, o fortissime
Athleta Iesu, sanguinem
Dum corpus unda profluit,
Ad astra mittis spiritum.

5. Sic torque victor aurea
Collum venustas saucium,
Sic morte vitam laureas
Vita triumphans perpeti.

6. O ter beate parvule,
Qui sufferendo laurea
Donaris, o quam strenue
Mortem triumphas mortuus.

Responsoria.

1. Ut suum nomen peperit, Potitus,
Martyr insignis, potiendo dulce
Caelitum nectar, peritura spre-
vit

Cuncta sub astris.

V. Sprevit aetatis roseum tenellae
Flosculum, sprevit titulos avo-
rum
Muricem, fasces, galeam, cu-
rules, .
Praedia, census.

2. Puer ad nudum properare
Iesum
Pergit amplexa cruce, sic
superne
Praevius duxor patriae fit alti
Praeco tonantis.

V. Grande virtutum jubar, aequa
morum
Norma, doctrinae schola chri-
stianae,
Mitis exemplar pietatis, almae
Lux bonitatis.

3. Gratus hic mundo puer a
tenellis
Unguibus, matris fuerat ab alvo
Gratior caelo, magis est in astris
Gratus utriusque.

V. Hic feras passus, rabidos leones
Calcat immanes, dominatur
ursis,
Sed prius vincens superat
furentem
Frigidus iram.

4. Mortuus mundo, Satanae, pa-
renti
Ac sibi, caelo, superis, to-
nanti

Vivit illustris Domini Potitus
Martyr in aevum.

V. Ergo si talis tibi vita fulsit
Saeculo, nobis super astra
regnans

Impetra puer bona, pacis ar-
rham,

Gaudia caeli.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

A. O Potite sanctissime,
Agonista fortissime,
O flos jucunde gentium
Et speculum viventium,
Objurgator vanitatum
Et praedicator virtutum,
Ora pro nobis Dominum.

Responsoria.

1. Vernal ut candens rosa rore
tacta,
Rore ceu vernal foliis apertum
Lilium, vernal veluti perfusus
Rore hyacinthus.

V. Lux patri factus meliora vivo
Pandit exemplo documenta,
quodnam
Egerit primum, sociis agendum
Praecipit actu.

2. Unde pro Christi nece tu
cruentam
Eligens mortem, velut agnus
ensi
Colla flexisti, o pie martyr,
o mi

Dive Potite.

V. O pia, o felix anima, o beate
Spiritus, terrae spolium ca-
ducae
Deserens carnis, superas ovando
Scandis in arces.

3. Non pius laedit liquor aut
eburna
Membra tam candens oleum
nec ignis
Quid pili tangit minimi, pu-
dorem
Flamma veretur.
V. Martyr, a summo, precor,
axe gratis
Gratiam per te nobis orbis
auctor
Praestet ac sacris faveat puellis
Numine fausto.
4. Centuplum reddant oleae per
arva
Semen, in fruges vireat Faler-
num,
Vineae fundant decuplum pre-
cante
Te, pie martyr.

Officium S. Potiti martyris per pulchre ordinatum praesidio Mariae (!)
S. Felicis Archiabatissa (!) eisdem (!) Monasterio (!) Neapoli apud Magistrum
Matthiam Cenerum anno Dom. 1553. die 9. Aprilis.

In 1. Vesp. **A** 1, 4 discutite. — **A** 4, 1 claram. — **R**, 7 Dantur. — In
1. Noct. **A** 2, 4 Curbile turge. — **R** 2, 7 jactaturum. — **R** 3 prosaisch. —
In 2. Noct. **A** 6, 3 o ergänzt. — **R** 1, 1 Ut sit nomen. — **R** 1, 7 Murue
fascies galeam corulos. — **R** 3, 1 puer ergänzt. — **R** 4, 2 tonantis. — **R** 4, 7
puer ergänzt. — In 3. Noct. ad Cant. **A**, 5 O objurgator. — **R** 2, 4 Divi
Potiti. — **R** 3, 5 sq. per te . praestet orbis auctor ac sacris. — **R** 4, 5
Parce nos. — In Laud. **AA** 1, 2, 3, 5 sind dieselben wie in der ersten
Vesper; nur die vierte ist neu. — In 2. Vesp. ad Magn. **A** prosaisch.

94. De sancto Proculo.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Solvat clerus cum populo
Laudes pio pontifici,
Congratulentur Proculo
Cives laude multiplici,
Toto vitae curriculo
Pudico, justo, simplici,
Qui migravit a saeculo
Ornatus serto triplici.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adsit Dei populus
Diem coleens istum,

V. Pane nos dulci refove, salu-
brem
Aerem cura, scelerum reatus
Qua vales purga prece, mar-
tyr, ante
Judicis iram.

In Laudibus.

Antiphonae.

Non sic, Potite, cinnama
Attrita spirant, moribus
Ut tu modestis florida
Aetate fragras saeculo.

Ad Benedictus.

A. Pro tuis regnum meritis la-
tinum,
A fame, a bello tueare [nosque]
Quaeso, ut a peste, a tonitru,
a corusco
Fulmine serves.

Fulmine serves.

In quo praesul Proculus

Transiit ad Christum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Festo tanti praesulis
quisquis sit laetus,
Qui fuit ab utero
Christo consecratus.
2. Mandata dominicae
legis adimplebat
Et cultum deicolaee
gentis adaugebat.

3. Romanam provinciam
cum suis vallavit,
Praedicans miraculis
plebem illustravit.
4. Interannis Proculus
praeest vir beatus,
Sed tandem Bononiae
martyr consecratus.
5. Fulgebat miraculis
mortuus et vivus,
Nulli fuit displicens,
nemini nocivus.
6. Duxit daemoniacum
huic Herentianus
Natum, sancti precibus
qui statim fuit sanus.

Responsoria.

1. Gratulentur
senes et populi
In honore
beati Proculi,
Legis Dei
ferventis aemuli;
- V. Festum sacrum
clerus et populi
Colant Christi
felicis famuli.
2. Pellit ab insano
Satan sacer Herentiano,
Fit prece curatus
sancti vir primo ligatus,
Christus honoratur,
dum Proculus haec operatur;
- V. Caeca, quod implorat,
cernit, dum vir sacer orat.
3. Dum oraret
in imo carceris,
Liberator
venit de superis
Hunc dissolvens
cum sanctis ceteris;
- V. Nocte venit
angelus luminis
Vinctis verba
dicens solaminis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quaedam ab infantia
scabris excaecata
Sancti fusis precibus
est illuminata.
2. Huic atque ceteris
angelus illuxit
Vinctis, quos a carcere
solvit et eduxit.
3. Morbo paralytico,
sanctus ut precatur,
Laborans decennio
quaedam liberatur.

Responsoria.

1. Hic surdos, mutos,
hic caecos curat et aegros
Et super affictos
pastor pia viscera gessit,
- V. Grandis erat meriti,
Dominii lux inclita legis.
2. Quem accusat
detractor invidus,
Prope missus
excusat angelus,
Hinc placatur
motus Eugenius;
- V. Mulgens cervam
potum sodalibus
Pius pater
dat sitientibus.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. Ore, corde te rogamus,
Cujus laudes decantamus,
Opem tuam sentiamus,
Pie pater Procule,
- Dux et pastor, norma moram,
Pro collegio tuorum
Christum, regem saeculorum,
Interpella sedule.

Responsoria.

1. Justus ab injustis
dum persequitur, jubet illum
Apparens Christus:
 tu Bononiam modo vade,
 Cui fidei lumen
 reserans vacuabitur error.
V. Inquit ei Dominus:
 fili dilecte, recede
 Bononiam tendens
 reliquos ducasque fideles.
2. Pollicetur Theodonus
Se baptizari protinus,
Si posset sanctus Proculus
 Manum curare filii;
Mox sanctus ut oraverat,
Manus curata fuerat,
Quae prius exaruerat,
 Credit pater et alii.
V. Cum adductus esset puer ma-
num habens aridam ante
virum Dei, oculos ad caelum
elevans oravit pro eo.
3. Dum cadit hic sanctus,
 dolor est, afflictio, planctus,
Fiunt mira quidem,
 de fluxu sanguinis idem
Quandam curavit,
 caecum cruor illuminavit,
V. Mortuus allatus
infantulus est relevatus.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Proculus praeconiis
extollatur dignis,
Divulgator fidei
prudens et insignis.

Brev. ms. Coelestin. Bononien. saec. 15. Cod. Univers. Bonon. 2275. — In 1. Vesp. ad Magn. A 3, Congratulentur populo. — In 1. Noct. A 4, 2 vir ergänzt. — R 1 prosaisch. — R 2, 4 sancti nix. — In 2. Noct. R 1 und 4 prosaisch. — In 3. Noct. ad Cant. A, 5 Duc et pastor. — R 2, 8 Credidit. — R 4 keines. — In Laud. A 3, 3 publicans. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 8 Tu propitiatus. — Die Hymnen vgl. Anal. XXII, 224 sq.

2. Hic lustrans provincias
verbum vitae sevit,
Per istum Bononiae
fides tandem crevit.
3. Huic quanto Totilas
rex magis minatur,
Tanto fides publica
magis solidatur.
4. Dum flagellis caeditur,
mitius oboedit,
Nec minis nec verberi,
sed nec morti cedit.
5. Pie pastor Procule,
sis memor tuorum,
Quibus reconcilia
regem saeculorum.

Ad Benedictus.

- A. O qui primo nomen Christi
Praedicasti Bononiae,
Et urbem qui convertisti
Fundens fluenta gratiae,
Sis cohorti clemens isti
 Et a regis justitiae
Fac nos dextris prece sisti
 Summaque frui requie.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Pie pater pretiose,
Praedicator gratiose,
Virgo martyr gloriose,
Declarator legis Christi,
Urbem hanc, quam convertisti,
Defendas a casu tristi,
Cui pacem, dux, implora,
Tu proprius pastor ora,
Fugans hostem mortis hora.

95. De sancto S. Prosdocimo.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Almi laudes confessoris,
Beati Prosdocimi,
Resonemus cunctis horis
Mente Deo proximi.
2. Tanta prole fecundata
Felix gaude Graecia,
Quam ad dona Deo data
Petri trahunt retia.
3. O solamen miserorum,
Beate Prosdocime,
Cunetas pelle sordes morum,
Confessorum optime.
4. Pater sancte, Deo care,
Cum prece assidua
Semper Christum deprecare
Pro dilecta Padua.
5. Obtulisti Christo laudes
Gerens spem de praemio,
Unde digne tu congaudes
Abrahae in gremio.

Ad Magnificat.

- A. Gaudet chorus confessorum
Aucto pro collegio,
Gratulatur coetus horum
Nobili praeconio,
Plaudit omnis angelorum
Reverenda legio,
Offerens regi polorum
Prosdocimum cum gaudio.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Summo regi jubilemus,
Redemptori optimo,
Corde, ore decantemus
Beato Prosdocimo,

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Generosum trahens ortum
Clara de prosapia
Hujus vitae sprevit portum
Tendens ad sublimia.
2. Cum optaret sequi Christum,
Noxae pulsa macula
Pertransivit mundum istum
Petri cum navicula.
3. Confidenter vir beatus
Properat Patavium
Et a Petro informatus
Optat vitae bravium.
4. Paduam Prosdocimus
Petro missus venit
Et in porta plurimos
languidos invenit.
5. Cumque rex deposceret
vitae sanitatem,
Obtinere meruit
mentis sospitatem.
6. Postquam rex est illustratus
Fidei mysterio,
Consequenter est ditatus
Castae prolis praemio.

Responsoria.

1. Hic est sacer signis clarus
Beatus Prosdocimus,
Qui exsistit Deo carus,
Ei semper proximus ;
Antiquorum confessorum
Hic censemur socius,
In caterva splendet quorum
Velut solis radius ;
Quo rectore, quo doctore
Illustratur Marchia,
Quo congaudes tu pastore,
O urbs Antenoria.
- V. Sidus vere sacerdotum,
Lucens per Illyricum,
Illustrasti fere totum
Populum Italicum.

2. Adest hic Israelita,
Cui Christus fuit vita
Optanti caelestia,
Mentis visum Christo fixit,
Carnem mundo crucifixit
Respuens terrestria;
- V. Christum amans cuncta sprevit
Mundi circumstantia,
Semen Dei semper sevit
Cum perseverantia.
3. Dum intraret urbem regis,
Primo portae limite
Turbam vidi sui gregis
Pressam aegritudine,
Quam sanavit lator legis
Jesu Christi nomine;
- V. Tunc athleta Christi fretus
Divo medicamine
Tristes urbis tersit fletus
Pio consolamine.
4. Gaude semper et laetare,
Urbs praeclara Padua,
Alnum patrem deprecare
Cum prece assidua,
Ut per ipsum merearc
Dona caeli ardua,
- V. Cui nihil in hac vita
Gratum certe fuit ita
Quam tua devotio.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Verbum vitae cognovisti,
Civitas Vincentia,
Nam per istum effugisti
Animae nocentia.
2. Sanctus Dei expurgavit
Regni cuncta idola,
Verbum Dei seminavit
Sapiens agricola.
3. Cultum Dei propagavit
Regni per confinia,
Gregem multum aggregavit
Christi ad ovilia.

4. Cum fecisset signum crucis
Super caecae oculos,
Introducit formam lucis
Respuenter baculos.
5. Mulieris manum rexit
Beatus Prosdocimus,
Ipsam sanam sursum vexit
Praesul devotissimus.
6. Mulier tunc exclamavit:
Unus est altissimus,
Per quem solum me sanavit
Beatus Prosdocimus.

Responsoria.

1. Intuens Prosdocimus,
Turbam infirmorum,
Flectit sancta genua
pro salute horum,
Quem exaudit pietas
Domini polorum,
Dilaens contagia
corporum et morium.
- V. Christum petit ore, mente
Pro salutis gratia,
Orat ipsum et intente,
Ut repellat vitia.
2. Vir beatus cum intravit
Regium cubiculum,
Sordes cunctas expiavit
Crucis per signaculum;
Rex devotus effugavit
Omne offendiculum
Seque Christo dedicavit
Pium habitaculum.
- V. Protinus erigitur
Rex Vitalianus
Ad aspectum praesulius
Fore Christianus.
3. Rege claro baptizato
Culpas unda sustulit,
Et Jesus ei renato
Sanitatem contulit,
Multitudo admiratur
Regis beneficio,
Meritoque ampliatur
Fidei devotio.

- V. Statim regi adfuit
Gratia divina,
Ex qua vere provenit
Omnis medicina.
4. Propagator veritatis,
Rosa fulgens pietatis,
Beate Prosdocime,
Voces, preces tui cleri
Dirigas ad regem caeli,
O pater sanctissime.
V. Pastor clemens, praesul pie,
Ad te spectat Padua,
Ipsa colit in hac die
Festa tua annua.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. Audiens Vitalianus
Beatum Prosdocimum,
Elevat ad caelum manus
Invocans altissimum.

Responsoria.

1. Postquam rex est illustratus
Fidei mysterio,
Consequenter est ditatus
Castae prolis praemio,
Quam instruxit vir beatus
Sacro evangelio.
V. Regis natam baptizavit
Jesu Christi nomine,
Quam vir sanctus appellavit
Justinam cognomine.
2. Sanctae praedicationis
Facto ministerio
Vir summae devotionis
Redit a Tarvisio,
Quem repleti sacris donis
Ambiunt cum gaudio.
V. Plebs fidelis collaetatur
Et in Christo jucundatur
De pastoris reditu.
3. Postquam cursum consummavit
Almus Christi villicus,

Dreves, Historiae rhythmicae. IV.

- Portas vitae penetravit
Praesul apostolicus,
Cui laetus obviavit
Cuneus angelicus.
V. Corpus ejus honoravit
Et devote collocavit
Paduanus populus.
4. Caelum petit triumphator
Cum ingenti gloria,
Animarum illustrator
Fulget in memoria,
Quem admittit poli sator
Lucis ad praetoria.
V. Vitae cursu consummato
Pergit ad aetherea,
Hoste vadit triumphato
Ad regna siderea.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Tanta erat in hoc viro
Verbi efficacia,
Ut infectos ritu diro
Illustraret gratia.
2. Pollens mira vir beatus
Animi prudentia,
Digne multis est praelatus
In adulescentia.
3. Stella nitens et praeclara,
Beate Prosdocime,
Taetra pelle, lucem para,
Serve Dei maxime.
4. Christo reddat commendatos
Suis almis precibus,
Quos fecit esse beatos
Disciplinae moribus.
5. In caterva confessorum
Flores velut lilium,
In te sibi rex caelorum
Fecit domicilium.

Ad Benedictus.

- A. Claritate lucens morum
Beatus Prosdocimus

Intrat agmen confessorum,
Cultor Christi maximus,
Quem coronat rex sanctorum
Vitae dator optimus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Digna coli adest dies
Pio modulamine,

In quo datur sancto quies
Longo pro certamine;
Hodierna sanctus die
De mundi voragine
Ductus est ad caelum pie
Triumphali carmine;
Unde nobis, te rogamus,
Beate Prosdocime,
Ut sis praesto, exoramus,
Pastor clementissime.

Brev. ms. S. Justinæ Patav. saec. 15. Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14888. A. — Brev. ms. S. Justinæ saec. 15. Cod. Univers. Patav. 704. B. — Brev. ms. S. Justinæ saec. 15. Cod. Univers. Patav. 441. C. — Brev. ms. S. Justinæ saec. 15. Cod. Univ. Patav. 1290. D. — Brev. ms. S. Justinæ saec. ¹⁵[16]. Cod. Univ. Patav. 702. E. — Antiph. ms. Patavinum saec. 15. Cod. Capit. Patavien. A 16. F. — Propr. ms. Patavinum saec. 16. Cod. Capit. Patavien. B 57. G. — Die beiden letzten Quellen bieten das Officium in der kürzern, nicht monastischen Form; da aber letztere augenscheinlich die ursprüngliche ist, haben die Kürzungen von FG kein Interesse. — In 1. Vesp. A 4, 3 Semper fehlt A. — In 1. Noct. A 1, 12 Attentore G. — In 2. Noct. R 1, 10 fehlt A. — Nach B 4, 6 schiebt G ein:
Fulgens in caelestibus, gemma confessorum,
Agnus Dei sequeris cum coetu sanctorum,
Hymnum novum concinis domino polorum.

Nach B 4, 10 folgen in derselben Quelle noch:

Almis tuis precibus veniam implora
Et pro tuis ovibus Dominum exora,
Ut tecum possideant quaeque meliora.

Hymnen: In 1. Vesp.: Lux et decus ecclesiae (Mone III, 487); ad Noct: Errores ad gentilium (Mone III, 487); ad Laudes: Illustrat ejus sanctitas (Anal. IV, 226).

96. De sancta Sabina.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Qui splendoribus in
sanctorum, Christe, refuges,
Sabinae precibus
nostri miserere, rogamus.
2. Omnia fecisti
mandata fidelia Christi,
Fac et agone tuo
nos fortes pectore puro.
3. Gloria, divitiae
tibi sunt, Sabina, perennes,
His quoque nobiscum
tua si valet utere virtus.

4. Quem pueri landant,
humilem te duxit ad astra,
Nos inopes morum
relevet virtute bonorum.

5. Cum populis, gentes,
Dominum laudate decenter,
Quae cupitis munus
conquirere martyris hujus.

Ad Magnificat.

A. Magnificat Dominum
Sabinae spiritus almus,
Gaudet et exsultat
nec contristabitur ultra;
Hanc humilem Christus
foris ut respexit et intus,

Auxit et ornavit,
caeli super astra locavit.

A d M a t u t i n u m .

Invitatorium.

Aethereo regi
populi jubilate redempti,
Martyris eximiae
subeunt pia festa Sabinae.

I n 1. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. In labiis diffusa cuius
est gratia Christi,
Propterea benedixit te
semper Deus idem.
2. Sanctificavit eam
Dominus, qui condidit illam,
Laetificat verus
quam fluminis impetus ejus.
3. Rex elegit te,
summi patris unica proles,
Ex Jacob specie,
cujus Deus exstigit haeres.

Responsoria.

1. Ante Dei faciem
mors est pretiosa Sabinae,
Quae moriens mundo
vivit super aethere Christo;
- V. Martyris est hodie
festum, gaudete, fideles.
2. Mente satis stabili
tulerat tormenta tyranni,
Ut patriam vitae
caelestis possit adire,
- V. Rebus opima nimis
cum mundo cuncta reliquit.
3. Laetitiae summam
per sanguinis excipis undam,
Martyribus semper
fuit haec obnoxia merces;
- V. Gaude, digna Deo,
tanto cumulata trophyeo.

I n 2. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Mons Sion exsultat,
congaude, filia Judae,
Judicio Christi
quod aethera, martyr, adisti.
2. In te laetatur
tua plebs, rex maxime regum,
Ad te conversis,
qui pacis munera reddis.
3. Porta Sion, dilecta Deo
super atria Jacob,
Voce creatoris
tibi laus confertur amoris.

Responsoria.

1. Quam pia, quam felix,
quam sancta, Sabina videris!
Est tibi concessum,
sclerum dissolvere nexum;
- V. Omnibus, ecce, modis
te poscimus, annue nobis.
2. Pulchra tibi species,
ut regis purpura crines,
Lumina praefulgent
ut fontis Esebonis unda,
- V. Emicat ex ulnis
collum velut invia turris.
3. Dulcis amica Dei,
luci collata diei,
Dote pii regis
thalamum concende quietis,
- V. Nocte sibi media
cum venerit obvia turba.

I n 3. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Permanet ante Deum
confessio martyris ejus
Atque decor clarus,
nulla qui labe notatur.
2. Lux hodie justis
et rectis corde refusit,

- In qua pro summis
laetare Sabina triumphis.
3. Vocibus et psalmis
sapientes psallite sancti,
Quos Dominus vitae
comites facit esse Sabinae.
Responsoria.
1. Vincla tuis precibus
nostri dissolve reatus,
Ne nos pro culpa
perdat lex judicis ulla,
V. Si poteris, veniam,
poteris bene poscere, cura.
2. Judicium verum
trepidanti corde timemus,
Quando Deus sontes
et justos judicat omnes
V. Nostri fac, petimus,
memores in fine dierum.
3. Pectoribus nostris
spem dona, conditor orbis,
Semper et adde fidem
meritis precibusque Sabinae;
V. Adsit amor verus,
Veneris qui lege jubetur.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Induerat te rex
cinctus virtute decorem,

Cod. Casinen. 280. saec. 11. — In 1. Vespa. A 2, 4 nos fore. — Verfasser des Officiums, sowie der zugehörigen Hymnen (cfr. Anal. XXII, 224) ist Alfano von Salerno. Er schrieb dasselbe für seinen Freund Pandulphus, Bischof von Marsi, dem er es mit einer Dedikation von 41 Distichen (Cod. Casinen 280 fol. 78 b) übersandte, welche mit den Worten Praesul amande magis beginnen und worin es u. a. heißt:

Vox tua me monuit, pariter monendo rogavit,
Laudes Sabinae martyris ut canerem.

Das Officium steht in der Hs. nicht in der hier eingehaltenen Ordnung; es folgen vielmehr auf das Invitatorium zunächst sämtliche Antiphonen der Nocturnen und der Laudes, dann sämtliche Responsorien und endlich die Antiphonen der Vesper.

Justitiae pannis
nos indue, maxima martyr.

2. Rite Deo jubilat
laeto jam corde Sabina,
Ejus in adspectu
quae sic intrare meretur.
3. Ante Deum vigilat
felix de luce Sabina,
In quo quam nimium
mens sancta sitiverat ejus.
4. Quanta tribus pueris
ignes tribuere camini,
Tanta tibi miseri
tormenta dedere tyranni.
5. Gloria, vita, decus
sanctis est omnibus ejus,
Cum quibus es semper
vitam sortita perennem.

Ad Benedictus.

- A. Ecce, tuum roseis
superaddita lilia sertis
Exornant illustre caput,
timor est tibi nullus
Hostili direpta manu,
nos cerne, precamur,
Semper et a nostris
tutos fore fac inimicis.

97. De sancto Theodoro.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Theodore, nos audi,
Preces nostras exaudi

In hac domo salvatoris
Semper et in cunctis horis,
Qui draconem transvibrasti
Ac in poenis triumphasti.

A d M a t u t i n u m .

Invitatorium.

Jesu Christo supplicemus
Veniteque adoremus,
Qui Theodorum amavit
Militemque coronavit.

I n 1. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Beatus vir in gloria,
Qui transit cum victoria,
Sicut transivit nobilis
Theodorus laudabilis.
2. Quare gentes fremuerunt
Et insimul adstiterunt,
Ut decollarent inclitum
Ducem et caput militum.
3. Multiplicati, Domine,
Sunt plurimi cum crimine,
Ut martyrem caederent
Et a Christo dividerent.

Responsoria.

1. Theodore, bellator
Veritatis et amator,
Propter fidem corruisti
Mortem et non timuisti,
- V. Tu terrena conculeasti
Et tormenta superasti.
2. Per Euchaiam pergebat,
Ubi draco perfurebat,
Quem Theodorus occidit
Et dejecit, quando vidit;
- V. Signo crucis se protexit,
Ad draconem cum perrexit.
3. Confregit martyr idola
Et vendidit ut frivola
Et pretium, quod habuit,
Pauperibus distribuit;
- V. Post ad tyrannum properat
Et dixit hoc, quod fecerat.

I n 2. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Cum Theodorus vocaret
Dominum et obsecraret,

Ipsum statim exaudivit
Et donavit, quod quaesivit.

2. Verba mea tu recipe,
In auribus et percipe,
Christe Deus, intellige
Me semper atque dirige.
3. Domine, tu coronasti
Militem et honorasti,
Ipsum cum constituisti
Super bona, quae fecisti.

Responsoria.

1. Est Theodorus curatus
Et in dorso verberatus,
Et carnifex radebant
Carnes ejus et torquebant.
- V. Martyr omnia portabat
Patienter et orabat.
2. Fuit martyr sagittatus
Oculis quoque privatus
Et laudabat in cruento
Dominum corde et ore,
- V. Tunc Licinius dolebat
Et Theodorus gaudebat.
3. Martyr est in crucem missus
Et in ipsa crucifixus
Et illic est sagittatus
Et in membro mutilatus;
- V. Post de cruce liberavit
Eum Deus et sanavit.

I n 3. N o c t u r n o .

Antiphonae.

1. Arcum suum tetenderunt
Et sagittas paraverunt
Et coeperunt sagittare
Militemque vulnerare.
2. Quis habitabit, Domine,
In tuo claro lumine,
Qui diligit justitiam
Et despicit malitiam.
3. Super caput posuisti
Martyris, quem dilexisti,
De lapidibus coronam
Propter spem et fidem bonam.

Responsoria.

1. Deus angelum mandavit,
Martyrem qui visitavit;
Dum esset incarceratus,
Est ab angelo cibatus,
- V. Sumpsit atque cibum edit
Et post laudem Deo dedit.
2. In ecclesia colamus
Militem et obsecramus
Christi nostri salvatoris
Semper et in cunctis horis,
- V. Illic ossa sunt sepulta
Martyris et bene culta.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Deus decorum induit
Theodorum et instruit,
Habere fortitudinem
Cordisque magnitudinem.
2. Jesu Christo jubilate
Et Theodorum laudate,
Idola quia confregit
Et ad nihilum rededit.
3. Miles totum se paravit
Et ad Deum vigilavit,
Multum populum convertit
Et simulacra subvertit.
4. Faculis est flamminatus
Et plumbatis est mactatus,
Ejus vulnera fricata
Sunt et unguis quassata.
5. In excelsis collaudate
Dominum atque cantate,
Qui Theodorum amavit
Et in regnum collocavit.

Officia ms. Brundusina saec. 15. Cod. Oxonien. Miscell. Liturg. 358. — In 1. Noct. A 2, 1 fremuerunt gentes. — R 2, 1 Lies Euchaita. — In 2. Noct. R 2, 3 in cruce. — Die Herkunft der Hs. (einer Augustiner Hs.) beweist die folgende Antiphon in „Translatione S. Theodori“: O quanta est hujus basilicae devotio, quae beati Theodori, martyris eximii, gloriosa membra meruit caelitus recipere.

Ad Benedictus.

- A. Sacram hujus diei sollemnitatem humili celebremus devozione, qua invictus Christi martyr tyranno devicto insignem victoriae palmam caelo gaudens intulit.

In 2. Vesperis.

Antiphonae.

1. In splendoribus sanctorum
Dixit mihi Dominus:
Gaude, miles Theodore,
Tecum sum in certamine.
2. Fidelia eloquia,
Quae dedit Theodorus,
Quando prompsit ore tenus:
Confitebor tibi, Deus.
3. Beatus vir in opere,
Qui timet non impropere,
Sicut fecit Theodorus,
Fidelis Dei famulus.
4. Laudate pueri Dominum,
Qui ad astra duxit Theodorum,
Ubi gaudet perenniter
Cum angelis feliciter.
5. Credidi, propter quod
Locutus sum, quia
Jam dedit mihi Dominus
Suae coronam gloriae.

Ad Magnificat.

- A. *Hic est beatissimus martyr Christi Theodorus, qui non est derelictus a Deo in die certaminis sui, et ipse conculcavit caput draconis.*

98. De sancto Ubaldo.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Adsit gaudens in conventu
Clerus et corde devoto,
Voces sonent in concentu
Populo plaudente toto.
2. Adest nempe vespertina
Hora grati temporis,
Festa nuntians vicina
Gloriosi praesulisi.
3. Cras de carne nempe mirum
Beatissimus Ubaldis
Migrans ad caelum empyrum,
Mundo tamen mansit almus.
4. Infinitis clarens signis,
Aegrotantes liberando,
Eugubinam urbem dignis
Meritis clarificando.
5. Ergo laetus et festivus
Nobis, pater, adveni,
Nunc et semper tempestivus
Tibi pronis subveni.

Ad Magnificat.

- A. Militans ecclesia
Recolat cum jubilo
Annua sollemnia,
Revoluto circulo
Dies, ecce, laetissimus
Apparente diluculo,
Quo praesul praeclarissimus
Jam superato saeculo
Cum triumpho victoriae
Scandit ad regna gloriae.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus Deum trinum,
majestatem triumphantem,
Pro Ubaldo confessore
tanta signa demonstrantem.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. In aetate primitiva
Puer puros annos degens,
Ubaldis sola divina
Suspiravit secum tegens.
2. Quamvis indole praeclarus
Et abundans facultate,
Cuncta sprevit tamquam gnarus
Nota mundi vanitate.
3. Armis fidei accinctus
Impugnantem hostem fregit,
Vota, quae gerebat intus,
Operc valenter egit.

Responsoria.

1. Antequam ex utero
Prodiret in lucem
Ubaldis amabilis,
In sanctis mirabilis,
Deus hunc disposuit
Populorum ducem;
2. Felix tali filio
Genetrix Ubaldi,
Quem ferentem jugiter
Vitiorum crucem.
3. Ortus hortus exstitit
Omnium virtutum,
Florum pulchritudine,
Odorum spiramine,
Fructuum dulcedine
Vasculum imbutum;
4. Christum puer sitiens
Ardenter amabat,
Mundum et quae mundi sunt
Respuens ut lutum.
5. Volens vota vincere
Propriae naturae,
Blandimenta terere
Puer carnis tenerae,
Suspirabat gaudia
Gloriae futurae;

V. Cujus mentis aciem
Gratia levabat
Despectis illecebris
Vitae periturae.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cupiebant conjugari
Illum jam adulescentem,
Sed pudicam conservari
Carnem voluit et mentem.
2. Ne in mundo naufragari
Se contingat per incauta,
Tectus veste regulari
Portum tenet prudens nauta.
3. Velut hortus hic conclusus
Omnium virtutum flores
Sparsit in communes usus
Hominum transcendens mo-
res.

Responsoria.

1. Aetati vicinior
Jam adulescenti,
Quando carnis vitia
Solent per initia
Occultis meatibus
Irreptare menti,
- V. Ab amicis intimis
Sollicitabatur,
Ut conformis fieret
Saeculo praesenti.
2. Nobilis ex genere,
Facultate dives,
Ne desit haereditas,
Tua sed posteritas
Vigeat et floreat
Inter claros cives,
- V. Duc uxorem nobilem
Et tibi decentem,
Ut tuam progeniem
Longius derives.
3. Sed Ubaldus alio
Jam raptus amore

Hominem exuerat
Et Christum induerat
Despectis, quae mundi sunt,
Ut foenum cum flore.

V. Dominus haereditas
Et illuminatio,
Salus mihi Dominus
Factus in decore.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Fructum jam istius plantae
Papa sentiens odorem
In Eugubina vacante
Sede posuit pastorem.
2. Qui dum cautus vigilavit,
Caulam ovium suarum
Diligenter praeservavit
Ab incursu bestiarum.
3. Hic furentem Fredericum
Suam urbem impetentem
Mitem fecit et amicum
Benedicens id poscentem.

Responsoria.

1. Quem tot charismatibus
Christus illustravit,
Dignitatum titulis
Pariter ditavit
Et elegit Dominus
Sacerdotem sibi,
- V. Sanctitatis oleo
Ipsum consecravit,
Quot fulsit miraculis,
Non posset describi.
2. Non humano studio
Sed a sancto flamine
Papa doctus caelitus,
Divino spiramine
Ubaldum episcopum
Eugubinum fecit,
- V. Qui pro suo populo
Mirando certamine
In Josue clipeo
Hostes pavefecit.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Collaudemus Dominum
Christum redemptorem,
Qui Ubaldum induit
Gloriae decorum.
2. Omnes cum laetitia
Jubilate Deo,
Nam Ubaldus hodie
Colitur in eo.
3. Deus, ad te vigilans
Semper te quaesivit,
Te Ubaldi anima
Jugiter sitivit.
4. Sacerdotes Domini,
Spiritus justorum,
Ubaldam benedicite,
Collegam sanctorum.
5. Homines et angeli,
Dominum laudate,
In excelsis praesulem
Dignum honorate.

Ad Benedictus.

- A. Sit in excelsis gloria
Nunc et per cuncta saecula,
Plena functus victoria,
Nulla passus piacula,
Ubaldus carens scoria,
Saeci vincens pericula
Transivit mundi maria
Virtutum in navicula,
Nos de carnis miseria
Sua levet vehicula.

Brev. ms. Minorum Eugubin. saec. 15. Cod. Angelicus T VII 9. — In 1. Vesp. A 3, 3 empyreum. — In 1. Noct. A 1, 4 Suspirat. — In 3. Noct. A 1, 1 jam ergänzt. — Die vier zugehörigen Hymnen vgl. Anal. XXII, 271 sqq.

99. De sancto Victorino.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O lux infidelium
In tenebris errantium
Praedicator gratiae,
Doctor veritatis;

In 2. Vesperis.

Antiphonae.

1. In splendoribus sanctorum
Sidus fulgens, dux fidelis,
Salva plebem servulorum,
Pater noster, qui es in caelis.
2. In consilio justorum
Stans exaudi votum suum,
Ut ab ore devotorum
Sanctificetur nomen tuum.
3. Omnis vir, qui cupit nimis
Ubaldum patronum suum,
O Deus, tractus ab imis,
Adveniat regnum tuum.
4. A solis ortu ad occasum
Sic fiat voluntas tua,
Ne pavescant mortis casum
Debita donantes sua.
5. Memento, Deus, tuorum,
Qui sunt in hoc vitae salo,
Funes stringunt peccatorum,
Sed libera nos a malo.

Ad Magnificat.

- A. Lux solaris orbem lustrans,
Occidendo visum frustrans
Noctem innuit sequentem,
Hostem in nos saevientem;
O Ubalde, te rogamus,
Cujus festo finem damus,
Ut sis nostra lux interna
Corda vehens ad superna,
Et ostendas verum solem,
Lucidam Mariae prolem.

Tu et verbi gladio
Et praeclaro martyrio
Aquam sapientiae
Propinasti gratis.
O quantis insigniis,
O quam nimis prodigiis

Merita dant gaudia
Tua, jubar clarum;
Tot bellis expositis,
Pater, succurre miseris,
Miseratus taediis
Ovium tuarum.

A d M a t u t i n u m .

I n v i t a t o r i u m .

Laudemus in exsilio
Praesentis incolatus
Christum, quem^m in incendio
Fatetur hic beatus.

I n 1. N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. Sanctus lumen deperditum
Dans caeco oculorum,
Turbam traxit gentilium
A cultu idolorum.
2. Per hujus sancti merita
De profundis aquarum
Ad portum navem obrutam
Perducit jubar clarum.
3. Hujus flent fratres pignora,
Qui tulerint, ignari
Corvus . . . perdita
Reponit in altari.

R e s p o n s o r i a .

1. Plaude surgens, Assisium,
In laudem conditoris,
Mentis expone jubilum,
Sit laus cordis et oris,
Concinentis praeconium
Novae legis latoris,
- V. Quo pulso cultu daemonum
Devicit vitae nubilum
Superni lux splendoris.
2. Ex illustri prosapia
Progenitorum natus,
Ab ipsa pueritia
Caelestia sectatus,

- Manum misit ad fortia
Victorinus beatus,
V. Mundi, carnis fallacia
Vel daemonis versutia
Non est inlaqueatus.
3. Dum Christum lucrifacere
Victorinus intendit,
Et, quam sit dulce tollere
Jugum ejus, attendit,
In Dei fervens opere
Terrena vilipendit;
 - V. Quem corde, ore, opere
Caelestibus intendere,
Superna lux accedit.

I n 2. N o c t u r n o .

A n t i p h o n a e .

1. Victorinus, vir inclitus,
Vigore fervens spiritus,
Dum cultus idolorum
Persequitur gentilium
Christumque docet omnium
Factorem saeculorum.
2. Coepit sub Dagno praeside
Assisinate visere,
Donet ut terrenorum
Flos seminum labilium
* * * * *
In fructus aeternorum.
3. Salve nostra salus,
spes, Victorine, bonorum
Congeries, pater alme, tuis
in fine laborum
Sis via, dux, vector,
statues in parte piorum.
R e s p o n s o r i a .

1. Dum sanctus inter verbera
Constans exsistit perfera
Saevientis lictoris,
Contracta rigans arida
Motu privatur impia
Mox manus percussoris;
- V. O quanti Dei dextera
Adstantum terret pectora
Prodigo stuporis!

2. Dum recto laxat famine
Vir sanctus linguam pueri
Speleis h ic in oris,
Uno concurrunt agmine
Gentiles, quibus superi
Lucem praebet splendoris,
V. Dum puro frui lumine
Per hunc dat caeco veteri
Superni virtus roris.
3. Inter procellas obrutam
Navem jam prorsus viduam
Regimine nautarum
Hujus sancti suffragio
Ad portum dicit subito
Jubar refulgens clarum;
V. Nautas clamantes: propera,
Victorine, nos libera
De profundis aquarum.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic in errorum nubilo
Nutritos insolenter
Divinae lucis radio
Illuminat clementer.
2. Et Dei primum effera
Gens effugit splendorem,
Quem post excelsi dextera
Pristinum mutat morem.
3. Talentum datum caelitus
Fidelis dispensator
Multiplicavit fervidus,
Divini verbi sator.

Responsoria.

1. Exsurgat plebs fidelium
In martyrum praeconia,
Laetetur cor credentium
Victorini victoria,
Cujus excelsum meritum
Tot depromunt insignia;
V. Hujus, felix Assisium,
Ovans cole sollemnia,
Per quem te jussit nubilum
Supernae lucis gaudia.

2. Carnis luxu
devicto penitus
Intus comptum
fervore spiritus
Ignis aestus
injecti concitus
Victorinum
conservat caelitus;
V. Quem interna lux incendit,
Foris ignis non accedit.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Victorinum Dominus
induit decorem,
Per quem nobis fidei
tribuit splendorem.
2. Lauda, Sion, Dominum,
lauda salvatorem,
Quem te tuum docuit
martyr redemptorem.
3. Christe, tuos filios
fac post te venire,
Quem hic solum docuit
martyr nos sitire.
4. Christo benedicte,
omnia creata,
Per quem servat martyrem
fornax inflammata.
5. In hymnis et canticis
Christum collaudate
Ignis in incendio
quem martyr fatetur.

Ad Benedictus.

- A. O virtutum insignii
Coruscans et prodigiis,
Praesul et martyr inclite,
Precantum vota suscipe
De valle lacrimarum;
Clemens succurre miseric,
Quibus erroris veteris
De tenebris nos eruens
Et verum lumen influens
Sidus fulsisti clarum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. De caelis fulgor claruit,
In terris lux apparuit,

Qua vetus error vanuit
Et nova lex praevaluit;
Victorinus, vir inclitus,
Ad nos missus divinitus,
Nostras tenebras funditus
Luit vir apostolicus.

Brev. ms. S. Francisci Assisiensis sacc. 14. Cod. Assisiensis 426 (6). — In 1. Noct. R 2, 4 septatus. — R 2, 9 Non ergänzt. — In 2. Noct. A 2, 4 seminum ergänzt. — R 2, 2 Vim sanctus. — R 2, 4 concurrunt famine. — R 2, 7 puero. — In 3. Noct. R 1, 8 colet. — R 1, 9 verschrieben. — In Laud. A 2, 3 te ergänzt. — In 2. Vesp. A, 8 martyr apostolicus. — Die drei zum Officium gebräuchlichen Hymnen siehe Anal. XXII, 282 sq.

100. De sancto Zenone.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. In lege sui Domini
Zeno meditatur,
Qui a matris utero
beatificatur.
2. In timore Domino
servire studuit,
Veronensem cathedram
regere meruit.
3. Sanctum suum Dominus
tunc mirificavit,
Gallieni filiam
quando liberavit.

Responsoria.

1. Zeno electus pontifex
Fit miserorum opifex,
Ad veritatis semitam
Veronam duxit inclitam;
- V. Domine, quinque talenta tra-
didisti mihi, ecce, alia quin-
que superlucratus sum.
2. Coronam sui capitis
Zenoni dat Augustus,
Gemmas et aurum disgregans
Egenis dat vir justus.
- V. Post aurum non abiit nec
speravit in pecuniae thesauris. .

3. Transit Zeno ab hoc caeno,

Sepulturae traditur
In sua ecclesia,
Atax crevit, latex saevit,
Nec templum ingreditur,
Jam excrescens ostia.

V. Hauriri quidem ut aqua po-
terat, fluere ut aqua non po-
terat.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Justo Deus benedixit,
Quia Zeno juste vixit,
Scuto bonae voluntatis
Coronatur cum beatis.
2. Honore et gloria
Zeno coronatur,
Dum sibi a rege
corona donatur.
3. Susceptor et gloria
Deus ei fuit,
Dum salvavit hominem,
qui per amnem fluit.

Responsoria.

1. Zeno favet Christo,
sic ipsi cuncta favebant;

- Flagrathumus, fugit unda fluens,
avis aere pendet,
Inferus exanimem
dedit ignis, furta recusat.
V. *Magnificavit eum Dominus in
conspictu regum et dedit illi
coronam gloriae.*
- Ad Benedictus.
A. Postquam Deus Israel
mundum visitavit,
Veronensi populo
Zeno praedicavit,
Sedentes in tenebris
sic illuminavit.

Grad. ms. S. Petri Patavini saec. 15. Cod. Capit. Patav. A 20*; add.
saec. 15. — Alles Weitere fehlt und ist mir leider dies Officium nirgends
wieder, auch in Verona nicht, begegnet.

Inhalts-Übersicht.

I. Real-Index.

	Seite		Seite
1. De sancta Trinitate	13	34. De Visitatione BMV.	109
2. In festo Inventionis pueri Jesu	16	35. De Visitatione BMV.	111
3. In Transfiguratione DN	17	36. De Visitatione BMV.	114
4. De Vulneribus DN	20	37. De Visitatione BMV.	117
5. De Effusione Sanguinis DN.	23	38. De Visitatione BMV.	120
6. De Corpore Christi	26	39. De Compassione BMV.	122
7. In Illatione Sanguinis Domini	29	40. De Compassione BMV.	127
8. De Corona Spinea.	30	41. De Compassione BMV.	130
9. De Corona Spinea.	34	42. De Compassione BMV.	133
10. De Corona Spinea.	37	43. De Compassione BMV.	135
11. De Sepulchro DN	39	44. De Compassione BMV.	140
12. De Sepulchro DN	42	45. De Compassione BMV.	142
13. De beata Maria V.	44	46. De Compassione BMV.	146
14. De beata Maria V.	46	47. De Compassione BMV.	148
15. De beata Maria V.	50	48. De Compassione BMV.	150
16. De beata Maria V.	53	49. De Commendatione BMV.	153
17. De beata Maria V.	55	50. De septem Gaudiis BMV.	154
18. De beata Maria V.	56	51. De septem Gaudiis BMV.	156
19. De Conceptione BMV	61	52. De Gaudiis BMV	159
20. De Conceptione BMV	63	53. De septem Gaudiis BMV.	161
21. De Conceptione BMV	66	54. De Gaudiis BMV	164
22. De Conceptione BMV	70	55. De Gaudiis BMV	167
23. De Conceptione BMV	71	56. De Gaudiis BMV	170
24. De Conceptione BMV	73	57. De Gaudiis BMV	173
25. De Praesentatione BMV	76	58. In Assumptione BMV	175
26. De Praesentatione BMV	81	59. In Assumptione BMV	179
27. De Praesentatione BMV	83	60. In Festo Mariae Nivis	181
28. In Illatione BMV	86	61. In Festo Mariae Nivis	183
29. De Visitatione BMV.	89	62. In Festo Mariae Nivis	187
30. De Visitatione BMV.	94	63. De sancta Agrippina.	189
31. De Visitatione BMV.	98	64. De sancto Annone.	191
32. De Visitatione BMV.	102	65. De sancto Ansano.	194
33. De Visitatione BMV.	105	66. De sancto Aspren.	196

	Seite		Seite
67. De sancto Calogero	199	84. De sancto Martiano	241
68. De sancto Donato	202	85. In Translatione s. Matthaei	243
69. De sancto Donato	204	86. De ss. Maximo, Juliano, Felicitate et Innocentio	244
70. De sancto Donato	207	87. De sancto Octaviano	247
71. In Translatione ss. Eleutherii, Pontiani et Anastasii	210	88. In Nativitate sanetae Patriae.	248
72. De sancto Evasio	212	89. De sancta Paula	254
73. De sancta Firmina	215	90. De s. Petro Coelestino	256
74. In Translatione ss. Fortunati, Caji et Anthes	217	91. De sancta Petronilla	259
75. De sancto Galgano	219	92. De sancto Petronio	262
76. De sancto Geminiano	222	93. De sancto Potito	265
77. De s. Guidone Aquensi	226	94. De sancto Proculo	268
78. De sancto Herculano	228	95. De sancto Prosdocimo	271
79. De sancto Januario	231	96. De sancta Sabina	274
80. De sancto Januario	234	97. De sancto Theodoro	276
81. De sancto Imerio	236	98. De sancto Ubaldo	279
82. De s. Leone Catanensi.	238	99. De sancto Victorino	281
83. De s. Marco de Bivino	239	100. De sancto Zenone	284

II. Verbal-Index.

Acedunt laudes virginis.	89	Firmina virgo virtutis	215
Adsit gaudens in conventu.	279	Fons hortorum redundans	76
Adsunt dominici certi sollemnia. .	34	Fuit homo de semine	66
Adsunt sacrosancta festa.	20	Gabriel cursus caelicus	159
Aeterni patris filius	117	Gaudeat ecclesia psalmorum . .	42
Agens dium festum Deo	202	Gaudeat hac hora.	181
Agrippina pia	189	Gaude Dei mater	167
Alme pater confessorum	244	Gaude felix inventrix gratiae. .	156
Almi laudes confessoris	271	Gaude felix Italia.	222
Angelici certi conscius.	212	Gaude felix mater ecclesia. .	26
Ansanus Romae	194	Gaude mater Domini	170
Ave mater virgo pura	50	Gaude regina nobilis	164
Caelestis nunc ecclesia	239	Gaude virgo nunc Maria . .	161
Caloyrus praeelectus	199	Gemma fulgens praesulum . .	191
Candida plebs fidelium	98	Januarius inclitam	231
Collaetentur corda fidelium . . .	94	Jesse radix castum semen . .	73
Completis sacris discessit	238	Immensi regis genetrix . . .	179
Consurgat hodie populus	140	In lege sui domini	284
Cubante Jesu dolorose	153	Innovetur mens divini	256
Decet Deum collaudare	86	Laetetur plebs fidelium . .	219
De torrente in via bibit	234	Laetus plaudat coetus ecclesiae.	175
Devota visitatio	102	Laudetur summa trinitas . .	13
Duce caelesti numine	259	Laus tibi sancta trinitas . .	71
Ecce pulchra velut luna	53	Levi tribus glorietur	105
Eja nunc fideles Christi	133	Lucis candor sempiternae .	183
Ex quo venit Syracusas	241	Mariam missus caelitus . .	111
Exsultantes revolvendo	210	Matthaeus voce Domini . .	243
Extollatur in laudum culmine . .	204	Me dignare te laudare . .	46
Felix Mariae gaudium.	16	Mole gravati criminum . .	55

	Seite		Seite
Nos peccatis nostris maesti	173	Sacerdos novae gratiae	114
Novi festi gaudio	30	Sacrae fidei confessio	262
O Christo haec plebs addita	23	Salvator mundi Domine	17
O Christo plebs dedita	37	Salve mater castitatis	154
O domina clarissima	44	Salve sanguis Christi stilla	29
O felix virgo virginum	56	Sanctus Guido decus Aquensis . .	226
O lux infidelium	281	Sedenti super Cherubim	39
O Maria stans sub cruce	122	Sion sancta gratulare	130
O mira et laudanda	83	Solvat clerus cum populo	268
Omnis aetas deflet	142	Splendor stellae clarae lucis . .	207
Omnis aetas deflet	148	Stabat mater anxiata	127
O quam magna procul	247	Stabat virgo dolorosa	150
O regina reginarum	70	Stella Jacob proles Davidica . .	63
O stella Christi fulgida	265	Stella solem paritura	61
Per amaritudines	135	Tecum Aspren principium	196
Per Paulae Christe merita	254	Theodore nos audi	276
Perusina laetare civitas	228	Urbs Salerni gaudeat	217
Properavit virgo mater	120	Vellere Christe mades	187
Psallat hac sincerius	236	Veni dulcis virguncula	81
Pueri laudate	109	Virgo parens Patricia	248
Qui splendoribus in sanctorum .	274	Virgo passa filio	146

Berichtigungen.

- S. 29, Zeile 3 v. o. u. f. lies: Salve, sanguis Christi, stilla — Bona, reducens in illa etc.
- S. 34, Zeile 13 v. o. lies sollemnia statt selemnia.
- S. 164 ff. Das Officium Nr. 54 Gaude regina nobilis etc. findet sich auch u. z. vollständig, in der Hs. 241 der Kapitelsbibliothek Pressburg, einem Diurnale des 15. Jahrh.








B&
5253
.A5

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO - 5, CANADA

10804



GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart

